DE
FUTURO SECULO
AB HEBRAEIS ANTE CAPTIVITATEM COGNITO
ADVERSUS
JOANNIS CLERICI
COGITATA
COMMENTARIUS.

CASTI INNOCENTIS
A N S A L D I
ORDINIS PRAEDICATORUM
D E
FUTURO SECULO
AB HEBRAEIS ANTE CAPTIVITATEM
COGNITO
A D V E R S U S
J O A N N I S C L E R I C I
C O G I T A T A
COMMENTARIUS

MEDIOLANI, MDCCXLVIII.
I N R E G I A C U R I A.
Proſtat apud Bibliopolam Joſephum Bonacinam.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

CLARISSIMO PRAECLARISSIMOQUE
VIRO

BONAVENTURAE
L U C H I O

IN PATAVINA ACADEMIA
SACRARUM LITERARUM INTERPRETI,
ac
MEDIOLANENSIS PROVINCIAE
ORD. MIN. S. FRANCISCI CONVENTUALIUM
PROVINCIALI MINISTRO
ET COMMISSARIO GENERALI

CASTUS INNOCENS ANSALDUS
Ordinis Praedicatorum.

Tametsi probe noverim summis in Republica Literaria fulgentique praeditis dignitate Viris nisi praestantiores ingeniorum

foetus non esse consecrandos, tuoque idcirco vix dignam esse nomine Opellam hanc existimem; seriora adbuc tamen ad tempora haud differendum duxi, Pater Reverendissime, *ut Tibi aliquod obsequii studiique erga Te mei specimen exhiberem. Et vero, si tamdiu mihi ab hac amoris cultusque significatione abstinendum foret, quoad aliquid virtuti dignitatique conveniens tuae perficere datum esset, praeterlaberetur fortasse aetas omnis mea antequam praestare id possem. Non enim modo mihi res est in praesentia cum eo, quem ingenua qua pollet indoles, eximius morum candor ac pietas omnibus non minus amabilem quam admirabilem reddiderunt; verum & cum eo, quem dulcissima artium Parens, ferax Seminarium bonae*

fru-

frugis, laeta virtutum seges Academia Patavina jamdiu inter celeberrimos Praeceptores suos enumerat colitque; olim quidem Philosophiam Primam, altissimas videlicet rerum caussas & ordinem, principia rerum, summaque edocentem Capita; Metaphysicam dico, cujus potiorem partem, quae nempe de Deo pertractat, adversus malenata Spinosae, Baeliique cogitata, elaboratissimis illustrasti Scriptis; nunc vero Sacra Biblia docte copioseque enarrantem. Quale autem quantumque accedit Tibi decus, Vir Spectatissime, *ex eo quod Te probaverint probentque magis in dies ii Proceres, qui attollere & deprimere vel sola judicii sui fama possunt, qui exemplar sunt absolutissimae sapientiae, & apud quos honorum decora verae*

sem-

ſemper virtutis praemia fuerunt? Quanta, obſecro, ſeleƈtiſſimae Auditorum frequentiae tuis acceſſit ex Orationibus utilitas! quanta, Te e Cathedra diſſerente, ſubit admiratio non Adoleſcentes modo, verum doƈtiſſimos etiam quoſcumque; quorum felicitatem tamen tuarum copia virtutum ornamentorumque temperare viſa eſt, quum Religioſiſſima Provincia haec Mediolanenſis tua, ſingulariſſimae praeſertim quae in Te adeo eminet prudentiae ratione habita, ſumma conſenſione, ſuum Te Praeſulem elegerit; quare partiri inde curas neceſſe Tibi fuerit, Triumvirûm rei Literariae praeſtantiſſimorum beneficio ac clementia. Nec tamen ſine cauſſa tot illuſtrium Coenobiorum regimen Tibi Sodales tui con-

cre-

creditum exoptarunt; quorum nempe animo ea versabantur, quae in aurea illa alloquutione prostant, quam Pontifex Sapientissimus BENEDICTUS XIV. *anno elapso in Majoribus habuit tui Ordinis Comitiis. Ille siquidem, postquam vetera memorasset & quae in novas laudes veniunt tui Sodalitii decora; postquam clarissimos commendasset inclytae Familiae tuae Viros, Laurentium Brancatum Cardinalem de Lauraea, Antonium Pagium, ceterosque, qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam adepti sunt, qui fama celebrantur, monumentis Annalium mandantur, propagantur Posteritati; ea denique subjecit:* Itaque jam intelligitis, quam praestantes ex hoc Coetu Viri prodierint, ac veluti quodam ex ligno quam pulchra Si-

mu-

mulacra effingi possint, si Or
universo praeficiatur is Mod
tor, qui sapientia sua atque i
stria, hujusmodi Artifices
me sciat comparare, sibique ad
gere. *Stabant haec, inquam*
ta mente eorum reposta, qui,
seligentes, praemonstratam ab
timo Pontifice inierunt agendi
tionem; quare fulgentissimo p
tis sapientiaeque tuae exemplo p
stantissima virtutum semina, b
rumque studia artium, in Insub
Coenobiis magis magisque flor
rent in dies. Jam vero si qua
cum laude communi exspectat
responderis, Pater Reverendissi
quanta integritate, quanta dili
tia ac vigilantia difficillimo in
nere Te gesseris, quanta huma
tate ac cura, quanta propensi

domeſticas exteraſque exceperis atque extuleris Muſas, dicere ſi eſſet animus, non brevis a me nuncupatoria Epiſtola ſcribenda foret; ſed Volumen integrum adornandum. Ego certe nullum umquam potiorem Te ſtudiorum meorum adjutorem fautoremque nactus ſum; nullum umquam exiſtimavi Te praeclarius quod mihi ſequendum proponerem exemplar; idque ſane adeo benevertit, ut me numquam felicius diſſeruiſſe doctiores faſſi ſint, quam tum quum tua uſus ſum auctoritate ac ratiocinio. Quum igitur mihi adeo recte & tam auſpicato, Vir Praeclariſſime, *praefulgeas, ne latum quidem unguem tuis a conſiliis tuaque a ſententia diſcedendum ſtatui; quare ſtatim atque me, aliis veluti ſtudiis implicitum, ad veteres revocaſti Muſas, videlicet*

licet ad eas quae aliquem metaphysicis cum cogitationibus habent nexum, parui libentissime ac morem Tibi gerendum esse non dubitavi: cum Johanne Clerico decernente, Judaeos nullam olim sat claram & apertam futuri Seculi notionem habuisse, congrediendum duxi; ea ratione, pro viribus, Sacrorum Codicum interpretationem cum argumentis collaturus ab Arte Critica, exque natura rei, ex Hebraeorum opinionibus ac moribus, ex eorum tandem Lingua derivatis, ut nec initam rursus, nec pristinam praeteriisse videar studiorum meorum rationem. Quae quum ita sint, Commentariolum hoc, quod Tibi, Reverendissime Pater, *ortum & incrementum debet suum, Te libentem volentemque in prae-*

sen-

ſentiarum accepturum nullus dubito; futurum id certe, cum humanitatis in me tuae, tum, ut inquiebam, etiam ſincerum ac perenne ſtudii obſequiique erga Te mei argumentum.

Brixiae III. Nonas Sextiles
MDCCXLVIII.

Mandante Reverendiss. P. S. T. Magistro F. Hermenegildo Todeschini in hoc Mediolanensi Dominio adversùs haereticam pravitatem Inquisitore Generali, diligenter legi Opus inscriptum: *Casti Innocentis Ansaldi Ord. Praed. de Futuro Saeculo ab Hebraeis ante Captivitatem cognito adversùs Joannis Clerici cogitata Commentarius*, nihilque in eo reperi quod Sanctae Catholicae Fidei assertis, bonisque moribus obesse possit, immo jam pridem aliis ex Operibus Auctoris doctissimi Orbi literario notam eruditionem simul & pietatem sum admiratus. In quorum testimonium has dabam ex Ambrosiana Bibliotheca Kal. Octobris 1748.

Canonicus Joannes Andreas Iricus
Ambrosiani Collegii Doctor,
Librorum Censor &c.

Die 2. Octobris 1748.

IMPRIMATUR

Attenta suprascripta approbatione

Fr Hermenegildus Todeschini Sac. Theol. Magist. Inquisitor Generalis Mediol.

F. Curionus Archipresbyter S. Eusebii pro Emo, & Rmo D. D. Card. Archiep.

Vidit Julius Caesar Bersanus pro Excellentiss. Senatu.

DE
FUTURO SECULO
Ab Hebraeis ante Captivitatem cognito
COMMENTARIUS.

I.

PLures, & quidem celeberrimos Scriptores, in ea versatos fuisse sententia, ut docuerint; in monumentis Hebraeorum ante Babylonicam Captivitatem, nil futurâ de Vita fuisse scriptum, notius est quam ut fusius ostendamus. Iidem tamen Seculum futurum adhuc Hebraeis propugnarunt ope Traditionis cognitum, aut Prophetis saltem atque Sapientioribus non latens; Populo licet sub ambagibus, atque temporalium sub involucro bonorum occultatum. Unus, quem noverim, Johannes Clericus (*) longius processisse visus est, qui

A

(*) Clerc Tom. V. Biblioth. Ancienne & Moderne: On a dit dans ce même Chapitre, qu' il n'etoit rien dit dans l'Ancien Testament d'une autre vie, ou' qu'il y en étoit parlé tres-

qui nempe praeconcepto ea in re Sacri Codicis silentio, ignoratum prorsus Hebraeis omnibus ad usque Assamonaeorum tempora futurum Seculum contendit; quum de illo aperte loquerentur tamen Graecorum Sapientes; quare ad Homerum atque ad Platonem confugerent Esseni atque Pharisaei, quo animorum de immortalitate, extremis Reipublicae temporibus, aliquid inconfusum edocerent. Asserere quippe, ait Clericus, Hebraeorum monumenta eo de argumento sat pervia esse ac aperta, nequeunum inde tamen producere in medium ex eisdem posse sat clarum & apertum de Seculo

obscurement; pendant que l'on en parloit assez clairement parmi les Grecs; d'où quelques-uns pouvoient tirer de l'avantage contre les Juifs, comme les Plantoniciens, qui prétendoient pouvoir prouver l'immortalité de l'Ame. Si quelcun croit que je me trompe en cela avec une infinité d'habiles Gens, tant anciens que modernes, il devroit me produire une passage clair, & j'avouerois sur le champ, sans qu'il fut besoin d'aucun raisonnement, que je me suis trompé. Dire que le Vieux Testament est clair là-dessus, & n'en produire aucun passage clair, ce n'est rien dire. Mais nôtre Seigneur dit aux Juifs, Jean V. 39. *Qu'ils cherchoient les Ecritures, parcequ'ils croyoient y trouver la vie eternelle*, ou, *avoir par elles la vie eternelle*. C'est de quoi je tombe d'accord; les Juifs du tems de nôtre Seigneur, croyoient obtenir la vie éternelle, par l'etude de l'Ecriture Sainte. Ils croyoient même l'y voir,

culo futuro testimonium ; id enim vero quid profecto aliud , quam nil omnino asserere , & homines illudere ? Servatoris aetate existimabant se Judaei quidem , subjicit Clericus , alterum in Scripturis invenire ac videre Seculum : perperam id tamen ; quum nonnisi receptarum ope Traditionum praesentes ad sensus invita Minerva Literam Scripturarum torquerent . Jam vero rogat ille , ex Philosophia ne , an ex Revelatione satius , futuram Hebraei veteres dignovissent vitam ? Non ex priori quidem , quae nonnisi nutanter eam manifestat . Verum si ex Revelatione , qui factum postulat ,

en l'expliquant à leur maniere , selon les Traditions reçûës . Mais auroient ils pû en produire un , ou' il fût parlé aussi clairement d'une autre vie , que dans *Homer* , ou dans *Platon* ? Aussi les Pharisiens , & les Esséens se servirent-ils des paroles de ces Auteurs , quand ils en vouloient parler , comme on l'a remarqué . Ce n'est pas que je ne croye que la vie éternelle ne soit contenuë sous les termes generaux des promesses qu' on trouve dans le Vieux Testament , comme lorsque Dieu promettoit , *qu' il seroit le Dieu de quelcun* , comme nôtre Seigneur nous l'apprend Matth. XXII. 32. Mais autre chose est dire que , dans l'intention de Dieu , la vie éternelle étoit enveloppée dans de semblables expressions ; & autre chose de dire qu' elle y est promise en termes intelligibles , & sans équivoque pour la multitude ; comme elle l'est dans le Nouveau Testament . . . . Si les gens de bien d'Israël

lat, ut tanto de Dogmate, nec minimum in Literis Sacris verbum, atque necessaria adeo Doctrina pressa altissimo silentio? Malorum utique felicitas, prosequitur, perpetuaque hocce in Seculo Bonorum mala atque infortunia, grande nimis objectum erant, & quod futuri expectatione Seculi solvi modo posse videbatur; neque tamen id ab Auctore praesertim Psalmi LXXIII., cujus, quum res hominum tanta caligine volvi aspiceret; laetosque diu florere nocentes, vexarique pios, pene labefactacadebat Religio; quum tamen alterius opinione vitae hunc tandem sibi facile aufer-

rent

étoient persuadez des récompenses & des peines d'une autre vie, l'étoient-ils par la Révelation, ou autrement? Si ils l'étoient par un autre principe, que celui de la Revelation; il faut avoüer que cette persuasion devoit être assez chancelante, comme l'étoit celle des Payens & des Pharisiens. Ce n'est pas une chose si facile à concevoir, sans Révelation, quoique la raison nous y conduise. On a peur de raisonner mal, sur une matiére, qui est d'elle même tres-difficile. Si c'étoit par une Révelation Divine, qu'on étoit persuadé d'une autre vie, d'où vient qu'il n'en est point parlé clairement dans l'Ancien Testament? Est-ce une chose qu'on dût cacher; ou dont on pût negliger de parler aussi clairement, qu'il étoit possible? Tout au contraire, on ne l'auroit pû dire avec trop de clarté, ni trop souvent. La prosperité frequente des méchans en cette vie, & les malheurs, qui

rent saniores Ethnici tumultum, Deosque absolverent. Cur, ait demum, Amici ac Propinqui Jobi tot actum cruciatibus, & quasi in desperationem raptum hominem illa futuri Seculi, si qua habebatur, spe levare non pergebant? Moysen etiam animadvertit, Capite Deuteronomii XVIII. maximam spopondisse quidem mandata Dei observaturis bonorum copiam, infinita prope etiam ea transgressuris mala, alterius vitae tamen praemiis ac suppliciis prorsus praetermissis. Quorsum haec? concludit; nisi quod Hebraei tunc temporis nil de futuro cogitassent Seculo, nec nisi ex sero de-

arrivent souvent aux gens de bien, étoit une objection si spécieuse contre les promesses & les menaces des peines temporelles; qu' on ne la pouvoit soudre solidement, que par-là. Si la chose avoit été clairement révelée, il la faloit dire de même. Si Job l'avoit sue, il n'auroit pas tant fait de difficultez sur ce sujet. Si ses Amis ne l'avoient pas ignorée, ils auroient dû les resoudre par-là. Dieu lui-même, lorsqu' il lui parle, s'il avoit alors révelé une autre vie, l'en auroit fait ressouvenir, pour lui faire comprendre qu'il se plaignoit mal à propos. Si l'Auteur du Pseaume LXXIII. en avoit une connoissance claire, il n'auroit pas tant été scandalizé de la prosperité des mechans & il se seroit repondu à lui-même qu'ils seroient punis après la mort, comme au contraire les gens de bien seroient recompensez. Les Grecs, qui parloient clairement d'une autre vie, quoiqu' ils y

demum cum Gentibus commercio in illud tandem Dogma incidissent, quod apertissime inde a Machabaeorum aetate ad nostra usque conservarunt tempora. Sunt haec selectiora Clerici momenta, quibus nativa sibi Orationis copia, cum in Selecta Bibliotheca, tum in Antiqua & Hodierna, Tomo praesertim V., tum denique in Historia sua Ecclesiastica veterum Hebraeorum fidem de futuro Seculo oppugnat.

II.

Et quidem haud defuerunt olim Viri celebres, qui ex Oeconomia Religionis tum Antelegalis, tum etiam Mosaicae, haud mi-

mêlassent des fables, ne manquoient pas de défendre de la sorte la Providence. Mais, dit-on, qu' auroit pû penser du Dieu Souverain le Patriarche Jacob, qui dit que ses jours ont été courts & mauvais, s'il n'eût esperé d'en être recompensé dans une autre vie? Mais si le Patriarche Jacob avoit eu cette esperance, pourquoi ne promettoit-il pas clairement une semblable chose à ses Enfans? Pourquoi ne leur faisoit-il pas peur des peines à venir pour les retenir dans leur devoir? Cela valoit infiniment mieux, que les promesses temporelles, qu'il leur fait. D'où vient que Moïse au Chap. XXVIII. du Deuteronome, où il exhorte les Juifs à l'observation de la Loi, ne leur parle que des peines, ou des recompenses temporelles, au moins a la Lettre? D'où vient que tous les autres Prophetes en usent de même? Etoit-il dangereux de parler clairement?

minus atque ex Christianae Religionis Oeconomia, confirmari testatique posse ostenderunt, animas humanas post fata superstites creditas fuisse. Ceteris ea in re praestitit Cl. Mayerus in *Exercitatione de Recordatione Animae humanae*, Parte II. Sect. II. qui Oeconomias illas considerans, quomodo negata animarum immortalitatis opinione, negari & ipsae, comentisque accenseri; veritate ex opposito agnita ejusmodi Oeconomiarum, & divina illarum origine, alterius etiam fidem Seculi inter capita testatissima

 Reli-

Idem, *Defense des Sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l'Histoire Critique* du Vieux Testament composée par le P. Simon *contre la Reponse du Prieur de Rolleville*: Nôtre Auteur ajoute qu'on ne voit pas clairement dans l'Ecriture que les Juifs aient parlé de l'état d'une autre vie que depuis la domination des Grecs. C'est en ce temps-là, dit-il, que les Juifs ont commencé à en parler avec netteté, comme il paroit par les Maccabées. La seule Tradition conservoit auparavant chez eux la verité de ce Dogme . . . . C'est une chose admirable que cette Tradition pour conserver une doctrine, puisque sans que personne en dise rien pendant plusieurs Siécles, sans qu'on en ecrive aucune chose, cette doctrine devient plus claire au bout de mille ans. C'est sans doute par une Tradition semblable qu'on a établi plusieurs Dogmes dans l'Eglise Romaine, desquels on n'avoit point entendu parler aux premiers Siécles du Christianisme.

Religionis fuisse habitam ostendit. Animadvertit siquidem Homini lapso statim post denunciatam gravissimam mortis poenam, promissum fuisse Semen Mulieris, a quo caput Serpentis esset conterendum. *Jam Adam*, subdit, *mortuus est*, *& Posteri ejus fatis concessere. Finge vero animas post mortem non superesse, quis fuit vel usus, vel sensus ejus promissionis respectu Adami, & omnium qui ante Messiae adventum obierunt? Patet igitur, foedus Adamiticum necessario beneficium aliquod Adamo & Posteris per Messiam conferendum ambitu suo complexum esse. Hoc vero quale fuerit in hac vita, ostendi non potest. Deus igitur, qui non est Deus mortuorum, promisit se per Messiam fore Deum Adami & posterorum ejus, etiam postquam animae eorum corporibus solutae essent: Neque vero promisit aut exhibuit eis tam insigne beneficium, ut qui tunc cum illo fruerentur, lapsus sui promissique divini prorsus ignari atque immemores essent: In ipso igitur foedere primo Adamitico Deus statim complexus est, taciteque supposuit animarum humanarum post fata recordationem*. Pergit inde ad foedus cum Noacho & Abrahamo a Numine initum, quorum utrumque non esse ab Adamitico distinguendum & separandum evincit, adeoque licet in Noachico exigua vestigia rei, de

de qua agimus, exſtent, tamen cum promiſſio Adamo facta ad Noachum quoque pertineat, ipſum quoque animam poſt fata ſuperſtitem Deo authore ſperaſſe & crediſſe conſequitur. Eum reapſe Auctor Epiſtolae ad Hebraeos Cap. XI. annumeravit iis, qui fide praediti obierunt, promiſſaque procul conſpicati, crediderunt & amplexi ſunt, ſe hoſpites ac peregrinos in terra eſſe, patriamque ſe requirere caeleſtem ſunt confeſſi. Clarius id conſtat de Abrahamo, cui non iteratae modo de Meſſia repromiſſiones, ſed quem allegatus Epiſtolae ad Hebraeos Scriptor expectaſſe ajebat fundamentum habentem Civitatem, cujus Artifex Opifexque Deus; quod ne in alium trahi forte ſenſum poſſet, *Caeleſtem Patriam* appellat. Porro Oeconomiam Moſaicam, tametſi pleraeque ejus promiſſiones praeſentis fere vitae bonis abſolvuntur, non praeconceptum habere modo foedus Adamiticum, atque adeo animarum immortalitatem certum eſt; ſed & bonis praemia, maliſque poenas ultra praeſentem vitam; Moyſes ſiquidem ac Prophetae ſerio ad pietatem hortabantur, quam Paullus I. ad Timoth. IV. promiſſa habere declaravit hujus ac futurae vitae. Haec, uti innuebam, vetera doctiſſimorum erant Virorum in rem noſtram argumenta: ſive, praecipuum hoc momentorum erat

Judaici Populi fidem vindicantium.

Verum ut typos omnes atque legales promissiones, & foedera sat olim idonea fuisse futurae vitae Judaico Populo insinuandae inficiatur Clericus; eamque non in occulto atque per indicium, sed apertissime, numquam imo satis, urgendam subjicit, si Dogma illud semel Deus revelasset: Ut Rabbinorum Commentarios atque testimonia ipse ridet, ceu rei conficiundae minus apta, quae revera ab aetate Patriarcharum & Judicum, Regumque Hebraeorum nimis distant; heinc quo immunis a censura foret, responsum sibi fortasse exoptaret quod olim imperite Arnobius, Lib. adversus Gentes III. de Scriptis Hebraeorum Sacris: *nihil ad nos attinent, nec ex aliqua portione quicquam habent commune nobiscum*. Ast elapsum jam diu est abstrusae Eruditionis Seculum, neque ex tenebricoso carcere in lucem nunc perducti improviso, visum adhuc dubium habemus; ex Ethnicismi tenebris, ut ille, ad Christianam recens non pervenimus veritatem. Aliis igitur disputandum cum Adversario necesseremur telis; utinam feliciter, certe tamen paucis. Arbitror siquidem, nil melius diu noctuque legenti ac meditanti obvenire potuisse, quam didicisse demum, quid sit praetermittendum in loco.

III.

III.

Argumentum princeps ab Idea seu Justitia Dei Hebraeorum menti praeconcepta sumtum esto. Qui nempe haud semel querebantur, solitam suo etiam tempore fortunam spargere munera coeca manu, tristemque virtutem nonnisi perversa tulisse recti praemia, ut infinitis Bibliorum locis patet; quive querebantur, improbos quum primum vitam suam orsi erant, ceu quum ex aequabili vel enodi flamine & trama tela contexitur, perpetuo ac tranquillo eam cursu, ad extremum usque vitae peregisse actum; iidem adhuc fatebantur tamen „bonis bene futurum esse, malis male; futurumque ut redderet unicuique Deus juxta opera sua; qui rerum omnium Moderatorem & Auctorem summum, non tam optimum & maximum, verum aeque rectum etiam justumque ubique praedicabant; consequens profecto quoque erat, futuri ut respicerent tempus Seculi, quo vindicta & Justitia tandem illa suum exereret imperium; neque enim recte adeo vel ante Captivitatem Babylonicam de Justitia Dei Hebraei cogitassent, nisi iidem hujusce vitae fabulam, a futura discissam vita, Deo nec Auctore, nec Spectatore dignam judicassent; praesertim quum nihil mali, vi solum ipsa & necessitate rerum, nil absque divino fa-

ctum consilio , nil divinam virtutem assequi non posse arbitrarentur ; eorumque peculiare de Creatione Dogma virtutis ac divinae Ideam providentiae illustriorem eorum ingessisset menti , ea , qua reliquae gaudebant Gentes , quae materiae aeternitatem adscribentes , Deum in molitione rerum eam adornasse modo contendebant .

Reapse Viri tot illi summi , qui de Religione , vel de Theologia puriori Gentilium scripserunt , ea praecipue de caussa Mortales omnes futurae Judicium vitae timuisse infinitis Veterum testimoniis ostenderunt , quod bona malis , & mala bonis hac illi in vita contingere cernentes , non aliam tuendae divinae Justitiae rationem reperiissent , quam si post mortem aliud adhuc supremumque statuerent Judicium . Cur una, rogo, Hebraeorum gens ita ratiocinari non valuerit ? cur ex eodem constanter magis credito principio similem numquam eruerit consequutionem ?

IV.

Sed conditionem atque statum Hebraeorum vel ante Captivitatem animadvertimus . Vel a primis enim temporibus , vigescente praesertim Theocratia , in Societate iidem ordinatissima vivebant ; Rempublicam imo constituerant , qua perfectionem , nisi Platonica methodo , vix imaginari

nari valeamus. Hoc autem absque Religione illa, quae futurae secum affert cognitionem vitae, contingere potuisse quis adfirmare audeat? Constare satis arbitror Legumlatores omnes praeconceptos habuisse, aut praeconcipiendos saltem simulasse Deos Legum Vindices, ceu piorum iidem, atque impiorum futura haberent in vita rationem, idque potissimum fuisse Rerumpublicarum constituendarum arcanum. Quaerit Macrobius Libro in Somnium Scipionis I. Cap. I. cur qui Respublicas vel ordinarunt, vel retulerunt, his potissimum in Libris, in quibus illarum de statu loquebantur, adtinere arbitrati sint, inter gubernandarum Urbium constituta circulos, orbesque & globos caelestium corporum describere, deque stellarum modo & earum conversione pertractare; & ita regerit: *Rerum omnium Plato, & actorum naturam penitus inspiciens, advertit in omni sermone suo de Reipublicae institutione proposito, infundendum animis Justitiae amorem, sine qua non solum Respublica, nec exiguus hominum coetus, sed nec domus quidem parva constabit. Ad hunc porro Justitiae affectum pectoribus inoculandum nihil aeque patrocinaturum vidit, quam si fructus ejus non videretur cum vita hominis terminari. Hunc vero superstitem durare post hominem, qui*

potest

potest ostendi, nisi prius animae de immortalitate constaret? Fide autem facta immortalitatis animorum, consequens esse animadvertit, ut certa illis loca nexu corporis absolutis, pro contemplatione probi improbique meriti, deputata sint. Sic in Phaedone, inexpugnabilium luce rationum, anima in veram dignitatem propriae immaterialitatis asserta, sequitur distinctio locorum, quae hanc vitam relinquentibus ea lege debetur, quam sibi quisque vivendo sanxerit. Sic in Gorgia, post peractam pro Justitia disputationem, de habitu post mortem animarum morali gravitate Socraticae dulcedinis admonemur. Idem igitur secutus est in illis praecipue Voluminibus, quibus statum Reipublicae formandum recepit. Nam postquam principatum Justitiae dedit, & docuit animam post animal non perire, per illam demum fabulam (sic enim quidam vocant) quo anima post corpus evadat, vel unde ad corpus veniat, in fine Operis asseruit, ut Justitiae vel cultae praemium, vel spretae poenam, animis quippe immortalibus, subiturisque Judicium servari doceret. Hunc ordinem Tullius non minore judicio reservans quam ingenio repertus est. Postquam in omni Reipublicae otio & negotio palmam Justitiae disputandi dedit, sacras immortalium animorum sedes, & caelestium arcana Re-

gio-

gionum, in ipso consummati Operis fastigio collocavit: indicans quò iis perveniendum, vel potius revertendum sit, qui Rempublicam suam cum prudentia, justitia, fortitudine, atque moderatione tractaverint. Haec ille.

Nec aequi Legumlatores modo ac Philosophi ejusmodi in principiis versati sunt, sed ipsi quoque Politicorum filii, quo Rempublicam & civilem statum aliqua ratione tuerentur. Polybius de Sacris Romanorum agens, ea tragice adeo exercita institutaque fatetur, ut apud reliquos Mortales vitio verterentur; quae ipse tamen intimius perpendens, ea ipsa Romanam aliquando sartam tectamque praestitisse Rempublicam asserere non dubitavit. Nam quod merito multi mirentur, ajebat, usque eo apud Romanos superstitio in majus est exaggerata, ut cum in privatam hominum vitam, tum in publica consilia est inducta, ut non queat magis: quod equidem multitudinis caussa factum ab illis existimo. Enim vero si ex solis Sapientibus constitui posset Respublica, esset fortasse totum illud genus non necessarium: nunc quum omnis multitudo sit levis, plena illicitarum cupiditatum, ira aestuet praecipiti, & ad vim iracundia impellatur; hoc restat, ut terroribus nec manifestis, & ejusmodi terribilibus figmentis Vulgus cohibeatur. Iccirco videntur mihi Ve-

Veteres, subjicit Polybius, nec temere, nec sine gravi caussa, istas de Diis commentationes, & de poenis apud Inferos in Vulgus induxisse: contra autem temere & sine ratione qui nunc vivunt illas rejicere. Εἰ μὲν γὰρ ἦν σοφῶν ἀνδρῶν πολίτευμα συναγαγεῖν, ἴσως οὐδὲν ἦν ἀναγκαῖος ὁ τοιοῦτος τρόπος· ἐπεὶ δὲ πᾶν πλῆθός ἐστι ἐλαφρὸν καὶ πλῆρες ἐπιθυμιῶν παρανόμων, ὀργῆς ἀλόγου, θυμοῦ βιαίου, λείπεται τοῖς ἀδήλοις φόβοις, καὶ τῇ τοιαύτῃ τραγῳδίᾳ τὰ πλήθη συνέχειν, &c. *Excerpto Libri VI.* quo cum optime conveniebat Disputator ille apud Tullium in Libro de Divinatione II., qui erravisse hisce in rebus Antiquitatem ultro concedere videbatur, quas retinendas cupiebat tamen ad opinionem Vulgi, & ad magnas Reipublicae utilitates.

Haud possumus hic vero, quin errorem notemus Calmeti, posteriore quidem de Judaeorum tempore loquuti; sed, ut ex emendatione quam e Flavio eruimus, nostrum vehementer confirmetur ratiocinium: Vir Clarifs. in Dissertatione de Pharisaeis, Sadducaeis, Herodianis, & Essenis, cetera inter haec de Sadducaeis perennitatem animae negantibus, scribit: *Reputandum est autem, in Religione Judaeorum post Captivitatem, dogmata de immortalitate animae, & existentia spirituum, minoris momenti,*

menti, nec, ut vocant, fundamentalia habita fuisse; quum Sadducaei inter medios Judaeos, nec ab eorum communione avulsi, sententias illas profiterentur, & Viros haberent summae Sacerdotii dignitati pares, quamquam alioqui errores illos invicte tuerentur. Haec igitur in Gente illa problematice disputabantur. Miror hercle quî factum, ut audenter adeo id protulerit Vir doctus; neque animadverterit nullum esse nexum inter tolerantiam, ut ajunt, Sectarum, & ἀδιαφορίαν Dogmatum; potuisseque Synagogam paucos immunes relinquere a Censura Sadducaeos, quin errores eorum tamen leviores esse ac minoris momenti judicaret. Quot dissentientes pluribus in Regionibus sua hodie gaudent libertate, sublimioribus ornati etiam dignitatibus, quorum tamen dogmata, apud ceteros quibus cum vivunt, haeretica habentur, oppositaque fundamentalium nomine donata?

Oppositam suae sane legere consequutionem potuisset in Flavio Calmetus, Libro Antiquitatum Judaicarum XVIII. Cap. 1., ubi postquam docuisset Sadducaeorum de morte animi errorem, his prosequitur: *Eorum opinioni suffragantur pauci, sed dignitate primi; atque ab illis nihil fere agitur: nam si quando Magistratus gerunt, inviti, & necessitate coacti, Pharisaeorum opinioni*

 as-

assentiuntur , quod eos alioquin non ferret Populus . εἰς ὀλίγους τε ἄνδρας οὗτος ὁ λόγος ἀφίκετο τοὺς μέντοι πρώτους τοῖς ἀξιώμασι . πράσσεταί τε ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν ὡς εἰπεῖν . ὁπότε γὰρ ἐπ' ἀρχὰς παρέλθοιεν , ἀκουσίως μὲν καὶ κατ' ἀνάγκας , προσχωροῦσι δ' οὖν οἷς ὁ φαρισαῖος λέγει , διὰ τὸ μὴ ἄλλως ἀνεκτοὺς γενέσθαι τοῖς πλήθεσιν . Scilicet iidem apud Judaeos Sadducaei erant, ac Epicurei apud Gentiles; gerendo si quidem Magistratui Sacerdotia Epicureos obiisse., sacrificia fecisse , aliosque peregisse Religionum ritus , apud Lucianum Dialogo Sympos. legimus , & Lib. Deipnosophistarum IV. apud Athenaeum . Vel enim si concedamus nullo eos Ecclesiastico percitos fuisse Decreto , numquam etiam a Synagogis rejectos; abest adeo tamen ut Quaestiones illae problematicae haberentur, ut absque earum , ita ut loquar , professione , Civitate veluti privati , nullum in Republica possent gerere Magistratum. Ex quibus, uti palam est , eruitur , quantas egisset in Populo doctrina futuri Seculi radices; quantaeque semper fuerit ad gerendam Rempublicam utilitatis, quantae necessitatis habita fuerit alterius vitae receptissima opinio.

Mirandi igitur , qui ex Sapientum Sinensium , uti arbitramur, Atheismo , possibilitatem , ita ut loquar, eruunt rectae ordinataeque Atheorum Reipublicae . Mendacium

dacium quippe in primis illud est, & maxima adversus homines hostes Atheismi acerrimos calumnia, uti Theophilus Sigebertus Bayerus evicit in Museo Sinico. Sed & Athei illi forent, elumbe esset adhuc tamen argumentum; ceu Sinensium Sapientes, qui Magistratum gerere dicuntur, ex suis tamen potius, quam ex Populi principiis, Imperium regerent atque Societatem: quod utique adeo illis possibile factu minus, quam Sadducaeis in Judaeorum Republica, aut Stoicis in Imperio Romanorum, ubi certissimo Tullii testimonio, ne ipsi Sapientes quidem suae adeo praeceptis Philosophiae agi consueverant, uti juxta mores demum viverent ordinatae Societatis. Magnifice illi quidem de virtutis amplitudine dicere solebant; virtutem tamen ipsam falsis Dogmatibus corrumpebant; Legemque adstruebant quidem, sed absque necessariis Legum omnium Lictoribus, spe nempe atque metu; quare ne ipsi quidem ex propria demum formula vitam ducere pergebant. Verum non Tullius, non Polybius copiose adeo de necessitate dixerunt Seculi futuri Reipublicae servandae, uti late hac de re aliis disserit in locis Adversarius noster Clericus (*), qui pluribus evincit, Religionem ma-

(*) Clerc Tom. V. *Biblioth. Universelle*: La Religion est le fondament de la Societé Civile,

magnum Societatis esse atque Reipublicae fundamentum; hancque, quae jam ex tenui harum persuasione rerum pessum it, lapsuram prorsus atque in nihilum redactam iri, ablata prorsus futuri opinione Seculi. Maximum hoc fuisse subjicit doctrinae moralis veterum omnium Philosophorum vitium, ut nonnisi praesentem spem metumque operaturis oppido ingererent; quum tamen plurimum hacce in Oeconomia prosperum ac felix scelus virtus vocetur, sontibus pareant boni, jus sit in armis, opprimat Leges timor; neque ad latenter peccantes earum severitas se se exstendat; quum al-

qui ne peut subsister sans elle. En effet, les contracts, les alliances, tout le Commerce, & la plûpart des actions de la vie reposent sur la bonne foi. Il se présente mille occasions, où l'interet sollicite l'une des parties de manquer à ses promesses, & où l'on n'a point à craindre de puissance visibile. Si l'on ne redoutoit point de Juge Souverain, ni de Vengeur Celeste de la fidelité violée, les desordres de la Societé Civile qui sont deja assez grands par la foible persuasion qu'ont les Impies de cette verité, ou par le peu de reflexion qu'ils y font, monteroient à un excés, qui depeupleroit en peu de tems l'Univers. Les Loix humaines supposent les Divines, c'est à dire non seulement la lumiere naturelle; mais aussi la creance & le culte de la Divinité. On ne conçoit pas facilement comment les Peuples auroient reçu sans contradiction des Loix, qui genent l'amour propre, s'ils n'avoient

altero contra praeconcepto Seculo adsit Judex, qui audiat castgetque dolos,

subigatque fateri
Quae quis apud Superos furto laetatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Quum igitur vel ante Assamonaeorum aetatem Hebraei vitam egerint secundum Leges ordinatae Societatis, Rempublicam imo constituerint, cui similem non Minoe, non Lycurgus, aut Solon suis cogere praeceptis aut principiis valuerunt, consequens profecto esse debet, eosdem, Judicum etiam atque Prophetarum aetate, sat certam con-

été persuadez qu'elles étoient émanées d'un Etre superieur, ou du moins qu'elles étoient conformes à sa volonté. La millieme partie des hommes n'est pas capable d'agir par la vûe du bien public, ou du repos de la Societé Civile; parceque le commun du Monde ne sauroit s'élever assez haut pour comprendre les raisons, qui en demontrent la necessité, & qui sont toutes metaphysiques, qu'on n'a pas le temps de s'attacher à cette examen; & que la Concupiscence, ou l'interet particulier est presque toujours opposé a l'interet commun. Il faut donc que les premiers Legislateurs aïent trouvé dans ceux qui se sont soumis a leurs reglemens un autre principe, qui fût plus sensible, & plus de la portée de tout le Monde, que celui de la necessité de former un corps, & une confederation, pour vivre heureux; & ce principe est la crainte d'une Divinité, des chatimens invisibles, des pei-

ſtantemque habere debuiſſe futurae vitae cognitionem.

V.

Manifeſtum id erit vehementius, ſi naturam atque indolem Religionis Hebraeorum intime ſcrutemur; quae tota in timore ac ſpe Numinis verſari videbatur; cujuſque ſuprema Lex erat Dei amor veraque dilectio. Hebraeos reapſe futuram reſpicere debuiſſe ſortem, maximum oſtendit Decalogi praeceptum, quo indictum univerſo erat Iſraeli, ut tota ipſe anima, totaque mente, & corde diligeret Deum ſuum. Ut iſte vero ita amari poſſet, amabilis

nes & des recompenſes futures; comme toutes les Hiſtoires en font foi.

La Morale d'Epicure a deux defauts enormes, & qui rendent inutiles les preceptes loüables qu'elle donne, quoiqu'en puiſſent dire ceux qui ont entrepris d'en faire l'Apologie. Le premier c'eſt que ne ſe propoſant que de nous conduire à une vie douce & tranquille, elle ne peut engager a ſuivre ſes maximes, que par la vüe de l'utilité preſente, que l'on peut tirer de la maniere de vivre qu'elle preſcrit. Il ne faut pas être avare par exemple, ſelon Epicure, & Horace, parce que l'Avarice ne peut pas nous rendre heureux en cette vie, comme le dernier le fait voir en pluſieurs endroits. Ce principe étant poſé, ſi l'on ſe rencontroit dans un Etat, où le vice fût recompensé, & la vertu punie, que faudroit-il faire? Car enfin, ſelon Epicure, la vertu n'eſt eſtimable, que par l'utilité preſente

bilis etiam videretur homini necessum erat; atque ut Israel praestaret Pyladem, dicere si fas est, oportebat ut Deus praestaret Orestem; tametsi quippe nec ferrea prorsus essent Hebraeorum corda, ast non prorsus amare demum visi aliquo fuissent jure illum, quem fieri vix posse putassent suum. Quis enim prosequi diu id valet quod numquam assequetur, quod numquam datum erit possidere? In id certe sat diu noster haud rapitur affectus, quod etiamsi perfecte bonum, deprehendimus adhuc tamen nulla arte ac virtute nostrum, nullis umquam laboribus futurum; Siculo si Vati credimus: ἐν ἤματι τοὺς ποθοῦντας γηράσκειν. Clerici in hypothesi juberi Israelitis timor, non amor potuisset.

Magnum in se vero habuerit oportet Hebraeorum Religio illicium, magnam se-

---

que l'on en tire. Or la supposition que le vice peut être recompensé, & la vertu punie, n'est pas une supposition impossible; cela se fait actuellement dans la plus grande partie du Monde. Ainsi toutes les raisons tirées de l'utilitè presente que l'on trouve dans l'exercice de la vertu, sont tres-foibles, si elles sont toutes seules.

Idem Tom. XX. *Biblioth. Universelle*: On ne peut rien trouver a dir dans la Morale de Ciceron, que quelques sentimens touchant la Vengeance & le defaut qui regne dans toute celle des Payens, c'est que le veritable motif de s'attacher a la vertu y manque, savoir, une re-

ſecum ſpem attulerit, quod e malis eruitur, ab univerſo coetu, pro Lege Dei ſui, diu adeo viriliterque toleratis. Nempe, non Duces modo aut Populi Optimates fortiter ſapienterque egerunt, quod laudis ſtudio quis fortaſſe ſuſpicaretur tribuendum; optimus enim quiſque gloria duci quam maxime videtur; verum gregales ipſi ac Populus demum Judaeorum univerſus, qui certe praedicari ſe ac nominari ambitioſe cupere non poterat; quique ad ſe poſteritatem pertinere vix cogitare valuiſſet. Hebraei profecto paene ſemper in malorum atrociſſimorum gurgitibus fuerunt, inque calamitatum Iliadibus, non in Aegypto agentes tantum, ſed & in Deſerto, & in propinqua Palaeſtina. In ſummis illis tamen innumerabilibus anguſtiis, Legem, quam a Patrum ſuorum Numine acceperant, ſer-

va-

compenſe eternelle, que la Divinité donne à ceux qui ont vecu ici bas, ſelon les regles de la vertu. Encore Ciceron ne l'oubliet-t-il pas toujours, comme il paroit par diverſes endroits de ſes Ouvrages, & particulierement par ſon Songe de Scipion. Mais il eſt encore vrai, qu'il n'appuye pas aſſez là-deſſus, & qu'il en parle en doutant. Sans cela l'idée de l'honnéte, qui revient par tout, & qu'il avoit empruntée de la Philoſophie des Stoïciens, n'eſt qu'une pure chimere, comme les Epicuriens le prouvoient admirablement bien, mais ſans donner un principe meilleur.

varunt, custodierunt, atque ad mortem usque propugnarunt. Deficere illi quidem aliquando ad Idola, brevi resipuere tamen; vera rediit facies, dissimulata periit; volentes scilicet, ad pristinum rediere cultum, patriasque ad Leges, quas neque in longissimis plurimarum servitutum saevissimisque intervallis, neque tot in deportationibus reliquarum inter imperia Gentium deseruere. Cur id vero? Num sola spe suorum possidendi ditiones hostium? Num sola victoriarum spe, queis tamen raro fruebantur? Num sui ut valerent

Pascere ut ante Boves pueri, submittere Tauros,
Haedorumq; gregem viridi compellere hibisco?

Optanda quidem etiam ista; sed tenuis tot laboribus nimium merces; ejusmodi nempe rebus Numinis Hebraeorum hostes copiosius abundabant. Itaque ob haec tantum miseram adeo ducere eos voluisse vitam, Phoenomenon fuisset, cui simile non vetus non recens memorare valeat Historia; naturaeque & constitutioni hominum adeo adversum, ut alterius generis mortales a nostro Hebraeos fuisse, idonea consequutione inferendum esse videretur. Recte ajebat apud Tullium, Libro Quaestionum Academicarum IV., Lucullus: *Ille vir bonus,*

qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, quam officium prodat aut fidem, cur has sibi tam graves leges imposuerit, cum quamobrem ita oporteret nihil habeat comprehensi, percepti, cogniti, constituti? Nullo igitur modo fieri potest, ut quisquam tanti aestimet aequitatem & fidem, ut ejus conservandae caussa nullum supplicium recuset, nisi iis rebus assensus sit, quae falsae esse non possunt. Quodnam reapse onus Mosayca Lege gravius? Quisnam Hebraeorum adeo fuisset amens, ut in laboribus semper ac periculis vivere sustinuisset, nisi ejus inhaesisset menti Seculorum spes certa futurorum, nisi aliquam praeterea futura expectasset in vita voluptatem? Nil certe eo miserius dici aut fingi potuisset.

Erat id vero Achilleum Apostoli in I. ad Corinthios Epistola argumentum, ubi scribebat nempe: *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*; quae sane de veteribus aeque Abrahami ac Jacobi filiis ac nepotibus eo certius adfirmanda, quo Auctor Epistolae ad Hebraeos, Cap. XI. ex certissima expectatione illa, tot eos ardua ac fortia perpetrasse, tot restitisse casibus ostendit. Jacobus reapse Aegyptum ingressus, roganti Pharaoni, quot nam vixisset

annos? regessit: *Dies peregrinationis meae centum triginta annorum sunt parvi & mali, & non pervenerunt usque ad dies Patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* (Genes. XLVII.) Jam vero nulla ipse ratione mulcere posse debuisset stultam senectutem, si de futuro dubitasset Seculo. Qui enim diuturna in vita, omni caruerat voluptate, nil reliquum expectare poterat, nisi quae angere maxime atque sollicitam habere aetatem ejus debuisset, mortis appropinquationem, qua eo miserabiliorem ipsum effici oportebat, quo omnino exstinguebat animum, neque alio eum deducebat, ubi futurus esset aeternus. Verum, Scripturarum emphasi ex opposito si fides, jucunda ipsi adeo senectus fuit, ut quo propius ad mortem accederet, eo citius quasi terram videre videretur, aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus. Moriturus igitur singulos Nepotes benedixit, interque moerentes Propinquos non aliter hanc dimisit vitam,

Quam si Clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedaemonium Tarentum.

Tranquillitas illa vero, quae morituro obtigit Patriarchae, ea mihi videtur ipsa,

quam

quam Catoni suo, in Libro de Senectute, Romanus tribuit Philosophus, ex felicitatis videlicet proximae expectatione certissima procedens, quae & senectutem mollem, & mortem ipsi efficiebat jucundissimam; nam, ut idem ajebat, sapientissimus quisque aequissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo, quod illius qui plus cernat in Senectute animus, se mox dignoscat ad meliora profecturum. Ut igitur perennitas animorum, magnum erat expectandae obeundaeque constanter mortis apud Ethnicos argumentum; ita & illa acti fuisse spe dicendi sunt Hebraeorum vetustissimi, quod ex hac vita & ipsi, tamquam ex hospitio ac diversorio, placida compositi pace discedere solerent; atque immatura & violenta funera animo aequo tolerarent: quare argumentatos eos arbitremur eo quo Tullius ratiocinio, Libro Quaestionum Tusculanarum I. *Non temere*, inquiebat, *& fortuito sati & creati sumus: sed profecto fuit quaedam vis, quae Generi consuleret humano; nec id gigneret, aut aleret, quod cum exantlavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum*. In perviam enim adeo cogitationem numquam Hebraeos incidisse, quis poterit propugnare?

VI.

VI.

Descendimus ad Jura Manium, quae apud vetustissimos Hebraeos etiam sacratissima fuerunt, ut ex Sacris Scriptoribus non modo patet, sed ex tot etiam Eruditorum Elucubrationibus, *de Sepulturis & Funeribus Hebraeorum*. Quid aliud vero ea manifestant, nisi opinatos Israelitas certissime fuisse, nostri adeo post mortem aliquid remanere, cujus intuitu ipsa fato futurorum aliquo dignari honore deberent etiam corpora? *Neque enim assentior iis*, inquiebat Laelius apud Ciceronem, Libro de Amicitia, *qui haec nuper disserere coeperunt, cum corporibus simul animas interire, atque omnia morte deleri. Plus apud me Antiquorum auctoritas valet, vel nostrorum Majorum, qui mortuis tam religiosa jura tribuerunt: quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur.* Quae Libro confirmat Quaestionum Tusculanarum I. scribens: *idque*, excessu vitae scilicet, non sic hominem deleri, ut funditus intereat, *cum multis aliis rebus, tum e Pontificio jure & caeremoniis Sepulcrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis praediti nec tanta cura coluissent, nec inviolatas tam inexpiabili Religione sanxissent, nisi haesisset in eorum mentibus, mortem non interitum esse omnia tollentem, sed quandam*

quasi

quasi migrationem vitae, quae in claris Viris & foeminis dux in caelum solet esse: in ceteris humi & retineretur, & permaneret tamen. Heinc ipsemet suum dum scriberet ad Atticum, Lib. XII. Epistola XXXVI. *Fanum*, inquiebat, *fieri volo, neque hoc mihi erui potest. Sepulcri similitudinem effugere non tam propter poenam Legis studeo, quam ut maxime assequar ἀποθέωσιν.* Quin & notatu dignissimum ex Libro de Consolatione adservavit nobis fragmentum Lactantius Lib. de falsa Religione Cap. XV. Ita enim de Tulliolae suae morte Romanus Orator: *Cum vero & mares, & foeminas complures ex hominibus in Deorum numero esse videamus, & eorum in Urbibus atque agris augustissima Delubra veneremur, assentiamur eorum sapientiae, quorum ingeniis & inventis omnem vitam legibus & institutis excultam constitutamque habemus. Quod si ullum umquam animal consecrandum fuit, illud profecto fuit. Si Cadmi progenies, aut Amphitryonis, aut Tyndari in caelum tollenda fama fuit, huic idem certe honos dicandus est: quod quidem faciam; seque omnium optimam, doctissimamque, approbantibus Diis immortalibus ipsis, in eorum coetu locatam ad opinionem omnium Mortalium consecrabo.* Libro de Legibus altero ea explicans Orator, quae

ad

ad Jura Manium spectabant, haec ipsa sapientissime a Majoribus instituta suis, ac religiosissime culta, feriasque appellata adserebat, quod eos, qui ex hac vita migrassent, in Deorum numero esse credidissent. Plura subjicit de Sepulturae genere, quo usus Cyrus apud Xenophontem, plura de Solonis Legibus, deque iis quae in XII. habebantur; demum post relata Platonis de Jure Sepulcrorum scita, hisce optime concludit: *Habemus igitur hujus quoque auctoritatem de Sepulcris summi Viri; a quo iterum funerum sumptus praefinitur. Deinceps dicit eadem illa de immortalitate animorum, & reliqua post mortem tranquillitate Bonorum, poenis impiorum.* Adeo apud vetustissimos Mortales Jura illa Manium cum futuri opinione Seculi composita esse videbantur; quem profecto nexum magnus ille Historiae una atque arcanioris Philosophiae Praeceptor respiciebat Tacitus, dum illa de Judaeis Historiar. V. scriberet: *Corpora condere, quam cremare, more Aegyptio, eademque cura de Inferis ac persuasio.*

Licet recepta vero esset funerum Religio apud Hebraeos, prohibebantur iidem tamen immodico violentoque luctu, *& ne carnes suas inciderent super mortuis*, ut Levitici legimus Cap. XIX. atque Deuteronomii XIV. Cur id vero, sive Rabbinos con-

sulas, sive praestantiores Exegeticos? Non alia certe de caussa, nisi ut a moribus abessent Gentilium, praecipue Amorrhaeorum, qui futurum non sperantes Seculum, suorum animas una cum corporibus fato functas ad effusionem usque sanguinis plangebant. Itaque, non, inquiebat Israelitis suis Deus, immoderatum faciatis planctum super mortuum, ac si omnino periisset, quum ita non sit. כי הוא הולך אל החיים ואל עולם הנפשות ואעפו שהוא מת לכם אינו מת אלא חי כמו שאתם נקראים בני אל חי Vid. Munsterum, Fagium, ceterosque ad allegatum Deuteronomii locum. Praecipere hoc idem debuit Apostolus I. ad Thessalonicenses IV., ne contristarentur scilicet; sicut ceteri qui nulla credebant fore calamitatum pietatis caussa exantlatarum altera in vita praemia; μὴ λυπῆσθε καθὼς οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα; quare, uti iisdem prope verbis, quibus Apostolus, ita eadem de caussa, spe futurae vitae scilicet, Moysem modum luctui in funere imponendum jussisse quis non videat?

VII.

VII.

Succurrit jam vero luculentius, siquidem deductum ex Adversarii principiis argumentum. Israelis nempe filios perennitatem animorum credidisse, ea, in quam lapsi aliquando sunt, evincit Idololatria, cujus originem ad Angelorum cultum, adque Apotheosim statuit Clericus esse referendam (*). In hac quidem versati non sunt Viri doctissimi sententia, quam verisimi-

C

(*) Clerc *Biblioth. Universelle Tom. II.* L'Opinion la plus commune sur l'origine de l'Idolatrie, est, qu'elle a commencé par l'adoration du Soleil, & des Etoîles. Les hommes, dit-on, étant naturellement portez a rendre respect a ce qu' ils regardent comme la source de leur bonheur & de leur plaisir, ont d'abord adoré ce qu' ils croïoient étre les causes les plus nobles, & les plus generales de leur felicité, comme le Ciel, les astres; & sont venus ensuite jusqu' a faire part de leur hommages à la pluspart des Objets, qui contribuent a nôtre conservation, ou qui peuvent nous faire du mal. Ce sentiment seroit fort raisonable, si les hommes étoient l'ouvrage du hazard; s'ils avoient été formez de la maniere extravagante qu'Epicure, & plusieurs Poetes se le sont imaginez:

Gensque virûm truncis & rupto robore nata;

& s'ils étoient les Auteurs de leur Religion. Mais ce que l'Ecriture nous apprend de la Creation du Monde, qui a été peuplé par un seul homme, & repeuplé, après le Deluge, par une seule famille, ne s'accord pas bien avec cette

miliorem effecere tamen cum rei naturae, tum validissima Batavi Scriptoris monumenta. Angelorum sane cultum vetustissimum ostendunt frequentia eorum cum hominibus commercia; praesentes namque illi frequens solebant olim domos invisere castas, se se mortali ostendere coetui, eique conjungi patiebantur lumine claro. Primum quidem secundarius fuit ille cultus; Mortalium dein socordia in absolutum transiit; eodemque cum Angelis censu statim habitae Heroum sive Regum animae fuerunt, quas e caelo in corpora demitti, horumque compage resoluta ad propria inde remeare vetustissimi

---

hypothese. Il paroit indubitable qu'un des premiers soins des Patriarches à l'egard de leurs Enfans fût de leur faire comprendre, que tout ce qui se voit est l'ouvrage d'un Dieu invisible, & que tous les Objets qui frappent nos sens n'y ont aucune part. Il n'y a pas d'apparence que toutes les Nations de la terre aïent oublié si tot ces instructions, & confondu si facilement le Createur & la creature. On ne change pas ainsi de Dieu & de la Religion tout-a-coup, à moins que la force ne s'en mele . . . . . Il faut donc que l'Idolatrie se soit introduit insensiblement, & qu'elle ait pris son origine de quelques fausses explications qu'on a faites a la veritable Doctrine. On n'adoroit au commencement que Dieu seul, & quoique dès le tems des Patriarches, a qui les Anges apparoissoient souvent, on eut un grand respect pour ces Esprits celestes, on distinguoit fort soigneusement ce respect de

mi autumabant . Ejusce veluti fragmentum Theologiae conspiciendum nobis praebet Tullius in Somnio Scipionis, in quo ita ad ipsum Senior : *Sed quo sis , Africane , alacrior ad tutandam Rempublicam sic habeto : Omnibus , qui Patriam conservaverint , adjuverint , auxerint , certum esse in caelo ac definitum locum , ubi beati aevo sempiterno fruantur. Nihil est enim illi principi Deo , qui omnem hunc mundum regit , quod quidem in terris fiat , acceptius , quam Concilia coetusque hominum jure sociati , quae Civitates appellantur . Harum Rectores &* C 2 *Con-*

l'adoration divine : On a cru aussi dès le commencement du Monde , que les Ames des Justes après leur mort étoient mises au rang des Anges , & peu-a-peu on s'est accoutumé a regarder ces Esprits comme des Etres , sur qui Dieu se dechargeoit , pour ainsi dire , d'une partie du soin de l'Univers. Après quoi on s'est venu imaginer que , puisque Dieu leur avoit donné tant de puissance , on pouvoit leur demander du secours , & tacher de se les rendre favorables par des cultes religieux . Dans cette pensée on leur dressa d'abord des Statues , on celebra des jeux & des fêtes anniversaires le jour de leur mort : on en vint ensuite jusqu' à leur eriger des Autels , à leur consacrer des Temples , à leur offrir des victimes . Ainsi dans peu de temps , le monde s'est vu plein de Divinitez ; chaque Peuple se faisant honneur d'en avoir plus que son Voisin , & l'Apotheose passant chez eux pour une marque de reconnoissance .

Conservatores hinc profecti, huc revertuntur. Hocce Systema, sive ejusmodi Idololatriae originem, infinitis propugnat in locis Adversarius noster, Tomo praesertim Bibliothecae Universalis altero, & in Indice Philologico ad Historiam Philosophiae Orientalis; eaque versatus olim fuit in sententia Minucius Felix qui de Ethnicis in Octavio scripsit: *Dum Reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in Imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in Statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant adsumta solatia. Denique & antequam commerciis Orbis pateret, & antequam Gentes ritus suos moresque miscerent, unaquaeque Natio Conditorem suum, aut Ducem inclytum, aut Reginam pudicam sexu suo fortiorem, aut alicujus muneris vel artis repertorem venerabatur, ut Civem bonae memoriae. Sic & defunctis praemium, & futuris dabatur exemplum. Lege Stoicorum scripta, vel scripta Sapientium, eadem mecum recognosces: ob merita virtutis aut muneris Deos habita*. Jam vero Hebraeos, ante Captivitatem, in Idololatriam lapsos, & quidem non semel, notissimum cuique est, iramque provocasse Numinis, praesertim quum lucidum caeli decus, sive militiam caeli adorassent. Quid ille porro cultus, nisi quod quum suorum animas He-

roum

roum petere ſedes inter aſtra Aegyptii cogitaſſent, caeleſtia inde ſigna eorum receptacula rite venerati, Heroas inter Sidera relatos, eorundem Siderum nomine appellaſſent: factum inde, ut Hebraei in Deſerto Aegyptios imitati Populos, eaſdem illorum imagines, caeleſtia nempe ſigna receptorum in ipſis Regum atque Principum virtutes repraeſentantia divinis honoribus fuiſſent proſequuti? Clerici apertiſſimum teſtimonium in Additamentis ſuis ad Hammondum, ſive in Adnotationibus ad Acta Apoſtolorum, olim nos exſcripſiſſe recordamur, Joſephi Aegypti Proregis Religionem a criminationibus Baſnagii vindicantes. Sed & pluribus aliis in locis caeleſtis cultum militiae ad animas refert Adverſarius in ſignis caeleſtibus receptas, ad quas ipſam apertiſſime refert Iſraelitarum aetate Moyſis Idololatriam. Quid igitur ab Hebraeis certo magis tunc etiam creditum animoque comprehenſum imaginari poteſt, opinione illa perennitatis animorum; quum ea perſuaſione acti, homines virtute hacce in vita praeditos, poſt mortem demum praemio donatos, Ethnicorum more ac ritibus colentes, ab avita Patrum Religione defeciſſent?

VIII.

Neque Idololatriae genus illud modo averruncandum e Populo Moyses atque Prophetae studuerunt; verum & Divinationem omnem, sive quae ad artem pertineret, sive quae pertinere dicebatur ad Naturam, auguria praesertim atque somnia, uti Capite patet Deuteronomii XVIII. Suam quidem non semel Deus, somniorum ope, manifestaverat cum Hebraeis, tum ceteris Mortalibus voluntatem, uti Sacris legimus in Literis; quare celebratissima ea sunt Abimelechi, Josephi, Nabuchodonosoris, Alexandri Magni, qui Jaddum pontificali indutum amictu in somnis vidit, domitorem Asiae a Hierosolymitano deterrentem bello; neque ullam fuisse Gentem certum est, quae ejusmodi Revelationis divinitus veluti concessae genus non admiserit; spoponditque imo suis Israelitis Deus, futurum ut somnia somniarent, si caste inviolateque in foedere mansissent. Verum aliud somniorum genus sequuti videbantur vel antiquissimo tempore Hebraei, ea nempe

Somnia, quae mentes ludunt volitantibus Umbris,
Nec Delubra Deûm, nec ab aethere Numina mittunt;
Sed sibi quisque facit.

Vetus

Vetus id erat malum, videlicet vetustissimis Ethnicis usitatissimum ; inde Tullii illa, Libro de Divinatione I. *Vetus opinio est jam usque ab heroicis ducta temporibus, versari inter homines divinationem . . . . Gentem quidem nullam video neque tam humanam atque doctam , neque tam immanem tamque barbaram , quae non significari futura , & a quibusdam intelligi praedicique posse censeat* . Itaque apud ipsum Quintus antiquissimam se sententiam , tum omnium Populorum & Gentium comprobatam sequi fatebatur ; nullum enim fuisse Populum , nullam Civitatem, quae non aut extis pecudum , aut monstra , aut fulgura interpretantium , aut Augurum , Astrologorum & sortium , aut somniorum , aut vaticinationum praedictione mota fuerit .

Fides jam vero illa somniorum , qua Hebraei laborabant , arguit apertissime, eos animas hominum post fata superstites fuisse arbitratos . Ita enim & argumentabatur adversus Gentiles Justinus Martyr in Apologia I. νεκυομαντεῖαι μὲν , καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις , καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις , καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι , καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ταῦτα εἰδότων , πεισάτωσαν ὑμᾶς ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαὶ &c. *Persuadeant vobis animas etiam post mortem sensu praeditas esse Ne-*

cyomantiae , *& incorruptorum Puerorum inspectiones*, *& humanarum animarum Evocationes* , *& qui apud Magos dicuntur Somniorum immissores & assessores* , *& quae a peritis illarum rerum fiunt* ; *& qui ab animabus mortuorum correpti projiciuntur*, *Daemoniaci & furiosi ab omnibus appellati* , *& quae dicuntur apud vos oracula* , *Amphilochi* , *Dodonae* , *& Pythiae* , *& quaecumque alia ejusmodi* . Negat quidem Tatianus Justini discipulus, effectus ejusmodi in animas Defunctorum conferri debere ; verum , ut recentissimi Editores recte admonent, Justinus hoc loco argumenta colligit non ex suis, sed ex Ethnicorum principiis . Heinc fossam Homericam allegat , & Philosophos Metempsychosis defensores ; heinc etiam sumit argumenti loco inspectiones illas puerorum incorruptorum , quia scilicet Ethnici existimabant eos , qui violentam & immaturam mortem obierunt , ad ipsum corpus mortuum detineri . Id quoque universa in Disputatione nostra Lectori probe animadversum postulamus ; neque enim futurum hic Seculum ex testimoniis Testamenti Veteris demonstrare pergimus ; sed illud modo Seculum ab Hebraeis , sive jure, sive injuria , vel ante Captivitatem creditum fuisse , iisdemque clare praeconceptum

Quum Hebraei igitur vetustissimis ex

Gen-

Gentilibus opinionem derivaverint Somniorum, par est credere utrosque iisdem actos fuisse principiis, iisdemque inhaesisse fundamentis. Tribus autem modis censebant Ethnici Deorum appulsu homines somniare, uti docet Tullius Libro de Divinatione allegato: *uno, quod praevideat animus ipse per se se, quippe qui Deorum cognatione teneatur: altero, quod plenus aer sit immortalium animorum, in quibus tamquam insignitae notae veritatis appareant: tertio, quod ipsi Dii cum dormientibus colloquantur*: idque facilius evenire subdebant, appropinquante morte, sive gravi morbo & mortifero affectis, quibus, ut ajebant, *occurrunt plerumque imagines mortuorum*; dein infra eodem sensu: *Atque haec quidem Vatum ratio est; nec dissimilis sane Somniorum: nam quae vigilantibus accidunt Vatibus, eadem nobis dormientibus; viget enim animus in somnis, liberque sensibus ac omni impeditione curarum, jacente & mortuo paene corpore; qui quia vixit ab omni aeternitate; versatusque est cum innumerabilibus animis, omnia, quae in natura sunt, videt*. Heinc tot exempla a Stoicis allegata de hominibus, qui fato functi erant, in somnis apparentibus atque aliqua ratione conspectis; quae omnia, uti apud Ethnicos, ita apud Hebraeos illius superstitionis

 jam

jam a Moysis aetate aemulos, obtinuisse opinionem de permanentia saltem perfunctorie ostendunt.

I X.

Esto Ethnici vero saniores, praesertim Stoici, Divinationem esse faterentur, non omnem evocationem tamen animarum, Pythonicam nempe artem, qua pessimis excantationibus vita functi revocari posse credebantur. *Haec habui de divinatione quae dicerem*, inquiebat loco mox citato Tullius; *nunc illa testabor, non me Sortilegos, neque eos, qui quaestus caussa hariolentur, ne psychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnoscere*. Non ita Judaei tamen, quibus evocari potuisse animas evincit Evocatio Samuelis, Sauli jussu perpetrata. Quid tunc revera factum, non est operae pretium definire, quum ea de re neque inter Sapientissimos conveniat. Contenderunt aliqui fraude Pythonissae factum, ut loqui se cum Samuele opinaretur Saul, quamquam neque aliquid revera ante se haberet, neque cum ipso verba commutaret. Fuit aliis sententia, Samuelem vere Sauli spectatum, non vi quidem praestigii, neque Magicarum ope carminum, sed Numinis potius voluntate. Alii ex opposito apparuisse Prophetam ajunt, Principis tenebrarum imperio coactum; neque defuere

re

re demum, qui conjecere Daemonem, sub ementitis Prophetae spoliis, ea omnia intimasse Sauli, quae ipse eventura conjectando assequebatur. Ut ut fuerit, illud interim certissimum, persuasum Sauli sive jure, sive injuria fuisse, vivere adhuc etiam post fata Samuelem, animamque ejus superstitem evocari potuisse. Exstat Historiae narratio Libro Regum I. Cap. 28. ubi Pythonissa inducitur ita Saulem alloquuta: *Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi suscita*. Quisquis vero fuerit qui exierit foras, *intellexit Saul*, arbitratus nempe est, *quod Samuel esset*, *& inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit*. Quin & in Levitici Libro Pythonicam adversus artem tot latae non fuissent Leges, nisi opinati fuissent tunc temporis Hebraei,

Carmina vel caelo posse deducere Lunam;

quod equidem eos vita functorum animas superstites credidisse oppido ostendit. Idem confirmat vehementer, latum in Deuteronomio Praeceptum Cap. XVIII. *Non inveniatur in te Incantator, nec qui Pythonas consulat, nec Divinos, aut quaerat a mortuis veritatem*; quae ipsissima phrasis est cum Hebraici Textus, tum LXXviralis etiam Interpretationis atque Paraphrastarum. Quî fieri vero potuisset, ut veritatem a-

mor-

mortuis quaerere Hebraei vetarentur, nisi saepe animas imis exire Sepulcris, aut facto functos saltem altera adhuc in vita agere existimarent?

X.

Accedit opinionis de perennitate animorum antiquitas; tum & Bonorum Malorumque discriminis post mortem a primis omnium Mortalibus accepta, & receptissima ubique Traditio. Tullius Dogmaticorum hac in re Philosophorum momenta in medium producturus, ab hujusmodi auspicatur antiquitate, qua nec par inde, nec validius sane valuit subjicere argumentum. Quippe quum eorum alter, quos loquentes inducit Libro Quaestionum Tusculanarum I. exponi sibi exoptaret, quonam pacto animus post mortem remaneret? ita Disputator alter regerit: *Auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtinere, uti optimis possumus, quod in omnibus caussis & debet, & solet valere quamplurimum: & primum quidem omni Antiquitate, quae quo propius aberat ab ortu & divina progenie, hoc melius ea fortasse, quae erant vera, cernebat. Itaque unum illud erat insitum Priscis illis, quos Cascos appellat Ennius, esse in morte sensum, neque excessu vitae sic deleri hominem, ut funditus interiret.* Plures enumerat inde Heroas Orator, veterum

cum

cum Graecorum, tum Romanorum etiam opinione, post mortem in Sidera caelumque receptos, subditque: *Quid? totum prope caelum, ne plures prosequar, nonne humano Genere completum est? Si vero scrutari vetera, & ex his quae Scriptores Graeci prodiderunt, eruere coner: ipsi illi Majorum Gentium Dii qui habentur, hinc a nobis profecti in caelum reperientur*. Confirmantur ista vero vehementer ex iis quae jam retulimus, quaeque aliis scribit Tullius in locis, ubi de animorum interitu nonnullos, aetate sua, & *nuper*, ut ajebat, differere coepisse, videlicet Epicureos; exque allegato confirmantur Polybii testimonio, quo Antiquitas celebrata est, quae Inferorum opinionem in Vulgus prudentissime induxerat: ii ex opposito notati sunt, qui primum suo tempore οἱ νῦν eandem rejicere pergebant. Recentiori ejusmodi gloriabantur ipsimet Epicurei Epocha: ubique scilicet obtinente antiquitus Religione:

Primum Grajus homo mortales tollere contra
Est oculos ausus, primumque obsistere contra;

uti de Epicuro cecinit Lucretius. Jam vero non hic quaerimus de vi Antiquitatis, sed de ipsa potius antiquitate illius opinionis; quare ea imbuti fuisse dicendi sunt vetustissimi Mortalium Hebraei.

Porro

Porro quae Thomas Hyde in Historia Religionis habet veterum Persarum, atque Prideauxius in Historia Judaeorum, ubi de vetustissimo loquuntur Zoroastre, futuri Seculi opinionis antiquitatem non evincunt modo, sed veteres Hebraeos praesertim valent vindicare. Ut ut Judaeorum de Gente non fuerit celebris ille *Impostor*, quod aliqui pro comperto habere se credunt; satis constat tamen, Hebraeorum ex Scriptis plurima suo ipsum in Systemate hausisse; quum & Codicem suum *Abrahami Librum*, & doctrinam suam *Abrahami Religionem* appellaverit, & veros alios memoraverit Patriarchas, quorum nomina antiquitus, ubique & semper celebratissima fuerunt in Oriente. Quid autem in Zoroastris doctrina clarius spe Seculi futuri? Quid tenacius reliquiae Discipulorum ejus hodierna tuentur die, uti allegati Scriptores monumentis invictissimis ostendunt, opinione atque expectatione Judicii futurae vitae?

X I.

Fortius jam vero argumentari pergimus. Fatetur Adversarius, Judaeos Assamonaeorum aetate, apertissimam habuisse futuri Seculi cognitionem atque fidem; neque equidem ea de re dubitare possumus perlecto Cap. VII Lib. II. Machabaeorum, in quo septem Fratrum matrisque eorum in-

ingentia narrantur fortiſſimaque tolerata ſupplicia, eorumque dicta ac reſponſa ad Antiochum Tyrannum. *Iratus Rex, juſſit ſartagines, & ollas aeneas ſuccendi: quibus ſtatim ſuccenſis, juſſit ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguam .... in qua cum diu cruciaretur, ceteri una cum matre invicem ſe hortabantur mori fortiter dicentes: Dominus Deus aſpiciet veritatem, & conſolabitur in nobis, quemadmodum in proteſtatione Cantici declaravit Moyſes* ... Alter fratrum *in ultimo ſpiritu conſtitutus, ſic ait: Tu quidem ſceleſtiſſime in praeſenti vita nos perdis; ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus in aeternae vitae Reſurrectione ſuſcitabit*. Alter etiam ſic ait: *Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem expectare a Deo, iterum ab eo reſuſcitandos &c.* Eadem vero qua pueri agebantur ſpe *multi de populo Iſrael*, qui, ut Libro legimus Machabaeorum I. Cap. 1., *definierunt apud ſe, ut non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quam cibis coinquinari immundis: & noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt*. Ejuſmodi vero ſpes, qua Machabaeorum tempore Judaei agebantur, orta ab exemplo videtur prorſus, ſive a ſpe eadem omnino veterum Hebraeorum; moriturus enim Mathathias, ita filios alloquutus eſt ſuos: *Nunc ergo, o filii,*

o filii , aemulatores estote legis , & date animas vestras pro testamento Patrum vestrorum ; & mementote operum Patrum , quae fecerunt in generationibus suis ; & accipietis gloriam magnam & nomen aeternum. Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis , & reputatum est ei ad justitiam ? Joseph in tempore angustiae suae custodivit mandatum , & factus est Dominus Aegypti. Phinees Pater noster , zelando zelum Dei , accepit testamentum Sacerdotii aeterni . Jesus dum implevit verbum , factus est Dux Israel . Caleb dum testificatur in Ecclesia , accepit haereditatem . David in sua misericordia consecutus est sedem Regni in Secula. Elias , dum zelat zelum Legis , receptus est in caelum &c. (Lib. Machab. I. Cap 2.) Hujusmodi in verbis vero , quibus Mathathias Judaeos hortabatur ad bellum contra Antiochum , Orationem mihi paene videre videor Titi ad Milites : *Equidem* , inquiebat , *praetermissa nunc eorum laude qui in bello moriuntur , illorumque immortalitate qui martio furore cadunt , est ut illis qui non adeo fortiter animati sunt , ex morbo pacis tempore , mortem imprecer , quorum anima cum corpore sepulchro damnatur . Quis enim Virorum fortium nescit , animas in acie quidem ferro corporibus solutas purissimo aetheris elemento inter astra collocari ;*

ri ; easque Manes bonos & propitios Heroas Posteris illorum conspiciendas dare ; quas vero morbus corporis tabesque consumpserit, maculae licet labisque puras, sub terras ire in tenebras, & in profundam demergi oblivionem, eundemque memoriae statui terminum, qui sit & vitae & corporis. καὶ ἔγωγε, τὸ μὲν ὑμνεῖν ἄρτι τὴν ἐν πολέμῳ τελευτὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀρειμανίοις πεσοῦσιν ἀθανασίαν παραλείπω, ἐπαρασαίμην δ᾽ ἂν τοῖς ἄλλως ἔχουσι τὴν κατ᾽ εἰρήνην ἐκ νόσου θάνατον, οἷς μετὰ τοῦ σώματος καὶ ἡ ψυχὴ τάφῳ κατακρίνεται· τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὅτι τὰς μὲν ἐν παρατάξει ψυχὰς, σιδήρῳ τῶν σαρκῶν ἀπολυθείσας, τὸ καθαρώτατον στοιχεῖον αἰθὴρ ξενοδοχῶν ἄστροις ἐγκαθιδρύει. &c. (Flavius Libro de Bello Judaico VI Cap. I.) Spe sane futurae immortalitatis strenue adeo Judaei in bellis reliquis egerunt ; quod certum adeo, ut neque id ignoraverint Gentiles, opinioni illi, Judaeorum fortitudinem in bellis atque in Martyriis afferentes ; quare de eisdem Tacitus, Libro Historiarum V. *Animas praelio ac suppliciis peremptorum aeternas putant. Hinc generandi amor, & moriendi contemptus.* Nobillimum denique est testimonium Libri Sapientiae Cap. V. *Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur*

timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se, & prae angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperii. Nos insensati, vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est . . . Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra, & tamquam Nuncius percurrens . . . . Talia dixerunt in Inferno hi, qui peccaverunt, &c. Eam igitur spem, eamque futurae vitae certissimam opinionem Judaeos nonnisi a Majoribus accipere potuisse suis demonstrabimus, quod ea de re doceri non potuerint ab Ethnicis, quorum apud Sapientes aut incerta, aut alia diversaque prorsus erat de animorum statu sententia.

XII.

Nam de incertitudine si loquimur, certum est, primores Graecos Philosophos veteri in Academia paene omnes esse versatos, quae non veritatem, sed verisimilitudinem modo se consequi posse arbitrata, utriusque momenta partis aequo pondere sibi perpetuo considerandа proponebat. Monet Tullius Libro Quaestionum Academicarum I. So-

Socratem in omnibus fere sermonibus, qui ab iis, qui illum audierant, perscripti varie & copiose fuerunt, ita disputasse, ut nihil affirmaret ipse, refelleret alios: nihil se scire diceret, nisi id ipsum: eaque praestasse ceteris, quod illi, quae nesciebant, scire se putassent: ipsum se nihil scire id unum novisse; ob eamque rem se arbitratum ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum. *Cum Zenone*, prosequitur Tullius, *Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, ut mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, & velut jam ante Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes pene Veteres: qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt . . . . Hanc Academiam novam appellabant; quae mihi vetus videtur: si quidem Platonem ex illa vetere numeramus, cujus in Libris nihil affirmatur, & in utramque partem multa disseruntur, de omnibus quaeritur, nihil certi dicitur*. Id relate ad Platonem contigisse maxime videtur in doctrina Seculi futuri; quum ejusmodi de rebus loqueretur scilicet, Simias apud ipsum in Phaedone fatebatur, *eadem penitus cognoscere hacce in vita impossibile, saltem perquam difficile esse*. περὶ τούτων τὸ σαφὲς

 εἰδέ-

εἰδέναι ἐν τῷ νῦν βίῳ ἢ ἀδύνατον εἶναι, ἢ παγχάλεπόν τι. Reapse si quid tenebris circumfusum ipsis videri oportebat, id profecto erat; siquidem si cognitio eorum, quae sensibus objiciuntur, multis obstructa difficultatibus ipsis dicebatur, eaque esse in ipsis rebus obscuritas, & in judiciis nostris infirmitas, quare invenire se posse, quod cuperent, diffiderent; potiore certe jure de obscuris futurae vitae rebus loquentes consequerentur necesse erat, in profundo veritatem esse demersam. Itaque futura de vita eo ratiocinabantur modo, quo Tullius de Divinatione agens, Libro ejus argumenti altero: *Dicendum est mihi igitur ad ea, quae sunt a te dicta, sed ita, nihil ut affirmem, quaeram omnia, dubitans plerumque, & mihi ipse diffidens; si enim aliquid certi haberem quod dicerem; ego ipse divinarem, qui esse divinationem nego*. Sicque ille reipsa ratiocinabatur Libro Quaestionum Academicarum IV. scribens: *Satisne tandem ea nota sunt nobis, quae nervorum natura sit, quae venarum? tenemusne quid animus sit? ubi sit? denique, sit ne, aut ut Dicaearcho visum est, ne sit quidem ullus? si est: tresne partes habeat, ut Platoni placuit, rationis, irae, cupiditatis: an simplex unusque sit? si simplex, utrum sit ignis, an anima, an sanguis? an, ut Xenocrates,*

mens

mens nullo corpore? quod intelligi quale sit, vix potest, & quidquid est, mortale sit, an aeternum? nam utramque in partem multa dicuntur. Horum aliquid vestro Sapienti certum videtur; nostro, ne quid maxime quidem probabile sit, occurrit. Non ignoro, plerosque contendere solitos esse, Ciceronis mentem atque sententiam non in Polemicis ejus Lucubrationibus esse quaerendam, sed in Dogmaticis potius; in Libris nempe de Legibus, de Officiis, de Amicitia, de Senectute. Verum in re qua de agimus adeo nutabat Orator, ut vel ejusmodi in Operibus aut altum de eadem mirere silentium, aut apertissimam dubitandi notam. Quid illa sibi volunt in Libro de Senectute: *O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa aetate non viderit, quae, aut plane negligenda est, si omnino exstinguit animum, aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus aeternus*? Quid illa, quibus Orationi finem imponit: *Quod si non sumus immortales futuri, tamen exstingui homini suo tempore optabile est; nam habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum. Senectus autem perfectio aetatis est, tamquam fabulae: cujus defatigationem fugere debemus praesertim adjuncta satietate*? Num ista Dogmaticum redolent, Virumque

que de immortalitate animorum nulla ratione dubitantem ? Dogmatici ſunt ſane de Legibus Ciceronis Libri , in quibus iſta tamen : *Non enim , Quinte , recte exiſtimamus , quae poena divina ſit : & opinionibus vulgi rapimur in errorem , nec vera cernimus : morte , aut dolore corporis , aut luctu animi , aut offenſione judicii , hominum miſerias ponderamus : quae fateor humana eſſe , & multis bonis viris accidiſſe : ſceleris eſt poena triſtis : & praeter eos eventus, qui ſequuntur , per ſe ipſa maxima eſt . Vidimus eos , qui niſi odiſſent patriam , numquam inimici nobis fuiſſent , ardentes cum cupiditate , tum metu , tum conſcientia : quid agerent , modo timentes : viciſſim contemnentes Religiones ; judicia perrupta ab iiſdem ; corrupta hominum , non Deorum . Reprimam jam , & non inſequar longius , eoque minus , quo plus poenarum habeo , quam petivi . Tantum ponam , erui duplicem eſſe poenam divinam , quod conſtaret & ex vexandis vivorum animis ; & ea fama mortuorum, ut eorum exitium & judicio vivorum & gaudio comprobetur .* Nil , ut vides hic , uti neque in Opere univerſo , de futuri Seculi bonis aut ſuppliciis . Verum non eſt in praeſentia de Oratoris mente atque ſententia Quaeſtio De primis Graecorum Philoſophis agebamus, qui procul dubio

bio Academici fuerunt, iccirco ita de futura vita differentes, ut ab iisdem fane certam futuri Seculi opinionem Hebraeorum Sapientes mutuari nullo pacto potuissent.

XIII.

Sat scio vero non omnes Graeciae Philosophos Academicos fuisse, dogmaticam tulisse iccirco nonnullos de animae sorte post fata sententiam. Eorum doctrinis tamen intimius vestigatis, patebit statim, aut certe fallimur, ejusmodi eas fuisse, ut cum Assamonaeorum Dogmate nulla ratione convenirent. Ut specimen hujusce exhibeamus rei, eorum notandus error est, qui testimoniis ex Antiquitate perperam congestis, divinitus revelata ac tradita cum opinionibus Gentilium Philosophorum coire voluerunt. Nam & Viri doctissimi fuerunt, qui statim atque apud Laertium Lib. VII. Sect. 147. legerunt veteres Philosophos fassos fuisse, Deum Ens esse vivens, immortale, intelligens, felix, perfectum, nulli malo obnoxium, omnia suo pro nutu imperioque regens; ab humana forma atque tenuitate diversum, Θεὸν εἶναι λέγουσι ζῶον ἀθάνατον, λογικὸν, τέλειον, ἢ νοερὸν ἐν εὐδαιμονίᾳ κακοῦ παντὸς ἀνεπίδεκτον, προνοητικὸν κόσμου τε καὶ, τῶν ἐν κόσμῳ; μὴ εἶναι μέν τοι ἀνθρωπόμορφον; statim, inquam, atque haec noverunt pronunciata, Gentiles Philosophos cum nobis

convenisse consequuti sunt ; nullam rationem eorum scilicet habentes , quae Plutarchus habet , Libro de Placitis Philosophorum I. Cap. 6. *ὁρίζονται τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν οἱ Στωικοὶ οὕτω, πνεῦμα νοερὸν καὶ, πυρῶδες* ; quod illis sane objiciebat Julius Firmicus Maternus , in Lib. de Errore Profanarum Religionum , ceu *τὸν ἀμέριστον καὶ τὸν μεμερισμένον νοῦν* , *indivisam una divisamque mentem* propugnantibus ; neque animadvertentes , haud adeo divina de virtute sensisse veteres etiam Dogmaticos Philosophos, ut fato eam atque necessitati denique eximerent ; quare Philemonis illa :

Δοῦλοι βασιλέων εἰσίν , οἱ βασιλεῖς Θεῶν
Ὁ Θεὸς ἀνάγκης ;

quo cum conveniebat affatim Plato in Timeo , ita de virtute atque voluntate Numinis supremi scribens : *βουληθεὶς ὁ Θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα , φαῦλα δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν* ; quae examussim sequutus , & oratoria commentatus vi Tullius videtur in Oratione pro Sexto Roscio Amerino , dum scripsit : *Nemo est enim qui nesciat , propter magnitudinem rerum multa multos , partim connivente , partim imprudente L. Sulla commisisse . Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia praeteriri ? Non placet , Judices : sed necesse est . Etenim si Jupiter Optimus*

timus Maximus, cujus nutu & imperio caelum, terra, mariaque reguntur, saepe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, Urbes deleuit, fruges perdidit: quorum nihil perniciae caussa divino consilio, sed vi ipsa & magnitudine rerum factum putamus: at contra, commoda quibus utimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari atque impartiri videmus: quid miramur L. Sullam, cum solus Rempublicam gereret, Orbemque terrarum gubernaret, Imperiique majestatem, quam armis receperat, Legibus confirmaret, aliqua animadvertere non potuisse? nisi hoc mirum est, quod vis divina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit? Enim vero, qui oculo quodam philosophico rimari fontes non valet, ast limpidiores saltem rivulos consectaretur, eximios scilicet Recentiores, qui Veterum de sententiis ac mente acutius scripserunt, Jacobum praesertim Bruckerium in *Historia Philosophiae*, nosceret profecto ille apertissime, quantum dissiti ab opinione fuere nostra Stoici, Platonici, ceterique qui apud Graecos philosophati sunt, ubi de natura Numinis egerunt, ejusque adtributis, de natura animi, ejusque post mortem conditione.

Mi-

Mirum autem ſane, quam induſtrii fuerint nonnulli, ut rectum verterent in ſenſum effata Antiquorum; ſive partium ſtudio acti, ſive eorum non callentes principia & phraſim, ratiocinium, conſequutiones, dicendi rationem, ceteraque, e quibus vera pendet ejuſmodi arcanorum cognitio. Platonem in idea ſupremi Numinis effingenda ſibi a Spinoſiſmo haud longe abfuiſſe doctiſſimi exiſtimarunt Viri; tametſi inficiari nemo poſſit, ſecus omnino ejus de mente poſteriores ſenſiſſe Platonicos; quos imitati noſtrorum Ariſtotelei temporum, dum Praeceptoris enodare ſe verba credunt, ejus ſenſus juxta praeconceptas Chriſtianae in Theologia ſententias aut reformant, aut etiam immutant. Quum enim Porphyrius, Jamblichus, ceterique, qui ab Eunapio commemorantur, ex Ammonii Gymnaſio emerſiſſent, atque doctrinam ejus, uti ajebant, Platonicam didiciſſent, factum inde, ut eadem ratione Platonis mentem in Plotino legamus, Jamblico, atque Porphyrio, qua Stagyritae ſcita in Scoto, Durando, Averrhoe, & Thoma. Quot Praeceptoris ſenſibus addidere Proclus, Macrobius, Ficinus? Sua poſterior iſte Prooemiali in Epiſtola ad Platonis Libros latine editos, ita ad Laurentium Medicem ſcripſit: *Neque traduxi tantum, verum etiam partim argu-*

mentis mentem perstrixi Platonicam : partim quoad potui brevius Commentariis explicavi . Favete libentes Authori pio , favete etiam Traductori , non solum translatione verborum , sed explicatione sententiarum , communi omnium utilitati pro viribus consulenti . Neque alia effici profecto ratione poterat , ut nobiscum ille convenire videretur . Vidit hoc qui Tullium egregie interpretatus est Cl Olivetus , in Praefatione ad Librum Quaestionum Tusculanarum I. nil minus consonum esse rationi testatus , quam summa Religionis Naturalis principia & Capita in Gentilium quaerere Systematibus Philosophorum ; uti apud vulgares quosdam frequentissime obtinet humaniorum Literarum Professores , aut etiam de trivio Theologos . Adeo enim ab ideis nostris principia elongantur veteris Philosophiae , ut similibus omnino sub verbis , aeternitatis , immaterialitatis , ceterorumque Divinitatis attributorum , quae mentem de Numine , deque anima cogitantem ab hisce interioribus removent , abque universa corporum congerie distrahere videntur , oppositum involvant tamen suis nexum partibus atque consequutionibus sensum . Melius de Religione vero mihi meriti videntur , qui discordiam profanae Philosophiae cum Adamitica intercedentem fine

dolo

dolo detegere*, quam qui tenebras inter & lucem pacisci perrexerunt. Verum haec generalia nimis sunt; quae ad animi sortem post fata spectant inspiciamus.

X I V.

Clericus in Indice philologico ad Historiam Philosophiae Orientalis observatu dignissima scribit Pausaniae, Viri infinitae, ut ait, lectionis & diligentissimi verba, Messeniacorum IV. Ἐγὼ δὲ Χαλδαίους καὶ Ἰνδῶν μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπων ψυχή. Καί σφίσι καὶ, Ἑλλήνων ἄλλοι τε ἐπείσθησαν, καὶ, οὐχ ἥκιστα Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος. *Ego Chaldaeos & Indorum Magos primos scio dixisse, immortalem esse hominum mentem. Illis autem assenserunt cum alii Graeci, tum potissimum Plato Aristonis filius.* Qui Chaldaeorum tamen de perennitate conjunctam cum Seculo futuro sententiam intimius perpendunt, eam detegunt statim, totam ratiocinium sapere ac Philosophiam; videlicet ex constituta disserendo animi natura derivatam: iccirco ejusmodi non fuisse, quam Hebraicus demum Populus ediscere facile potuerit, atque instar Dogmatis communi assensione profiteri. Describit Chaldaeorum hacce in re mentem Stanlejus ex Psello, in Historia Philosophiae, Parte XII. Sect. I. Cap. 10. ubi & maximum adparet etiam eorundem

a sen-

a sententia Machabaeorum discrimen. Inquit enim ex eorum mente: *Animus cum corpore aethereo, quasi cum vehiculo, semper versatur; atque hoc continuo attactu participem immortalitatis facit. Est inanimum quidem sua natura, sed animatur ab anima irrationali (quam Sapientes vocant εἴδωλον Simulacrum animae irrationalis) imaginationeque & sensu ornatum totum videt, audit, omni denique sensu viget, & ceteris hujusmodi animae irrationabilibus facultatibus utitur. Ita potissima hujus corporis vi, imaginandi facultate, animum rationalem cum toto tali corpore jugiter esse contendunt; tali vero corpore cum mortali quandoque humanum animum copulari, toto illo toti foetus in utero contenti spiritui vivifico, ob cognationem quandam implicito, cum ea vis vivifica sit spiritus. Simulacrum animi, hoc est, ea pars, cum sit rationis expers, cum parte rationali est conjuncta, & ab ejus vehiculo pendet, particeps est sedis undequaque lucidae, neque enim umquam animus deponit suum vehiculum, ὄχημα. Ipse a sede prorsus lucida in hoc corpus delapsus, si bene operam suam corpori accommodaverit, in eundem rursus redit; si male, in sedes has deteriores hinc se recipit, pro ratione eorum, quae in vita fecerit. Ita Chaldaei restituunt animos post mortem, prout se puri-*

ri-

rificarunt, *in omnibus Mundi partibus*; *quosdam etiam ultra mundum evehunt*. Vides ut omnia naturae vi perpetrari debeant hocce in Chaldaeorum Systemate. Nil in eo effulget opinionis Machabaeorum fratrum, de aspecturo veluti veritatem Deo, atque suscitaturo Justos in Resurrectione aeternae vitae; nil illo in Systemate de Impiis aeterno supplicio puniendis, aut carcere claudendis sempiterno, uti Josephi, quod in loco producetur, testimonio, Esseni opinabantur atque Pharisaei.

X V.

Ad alias transeamus Philosophorum Disciplinas, quorum cogitata non certe cum Judaeorum mente, ubi de animae post mortem statu agitur, videntur componenda. Scilicet cum Stoici, tum Platonici etiam ac Pythagorei, ex praeconcepta quadam animi natura, de ejus inde post fata conditione ita differebant, ut aliam prorsus a nostra ejusdem inferre pergerent immortalitatem. Tullius Libro Disputationum Tusculanarum I. enumeratis Dogmaticorum ante se Philosophorum animae de natura sententiis, differere ita pergit: *Num igitur dubitamus, terram in medio mundi sitam ad universi caeli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant: eam porro naturam esse quatuor omnia*

nia gignentium corporum, ut quasi partita habeant inter se & divisa momenta: terrena & humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur; reliquae duae partes, una ignea, altera animalis, ut illae superiores in medium locum mundi gravitate ferantur, & pondere, sic hae rursum rectis lineis in caelestem locum subvolent, sive ipsa natura superiora appetentes, sive quod a gravioribus leviora natura repellantur: quae cum constent, perspicuum debet esse, animos cum e corpore excesserint, sive illi sint animales, idest spirabiles, sive ignei, sublime ferri. Si vero aut numerus quidam sit animus, quod subtiliter magis quam dilucide dicitur, aut quinta illa non nominata magis, quam non intellecta natura: multo etiam integriora & puriora sunt, ut a terra longissime se efferant . . . . Is autem animus, qui si est horum quatuor generum, ex quibus omnia constare dicuntur, ex inflammata anima constat, ut potissimum videri video Panaetio, superiora capessat necesse eat; nihil enim habent haec duo genera proni, & supera semper petunt; ita sive dissipantur procul a terris, id evenit; sive permanent & conservant habitum suum, hoc etiam magis necesse est ferantur ad caelum, & ab his perrumpatur, & dividatur crassus hic & con-

concretus aer, qui est terrae proximus; calidior est enim vel potius ardentior animus quam est hic aer, quem modo dixi crassum atque concretum: quod ex ipso sciri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt. Accedit ut eo facilius animus evadat ab hoc aere, quem saepe jam appello, eumque perrumpat, quod nihil est animo velocius; nulla est celeritas, quae possit cum animi celeritate contendere, qui si remanet incorruptus suique similis, necesse est ita feratur, ut penetret & dividat omne caelum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur: quod & humidum & caliginosum est, propter exhalationem terrae; quam regionem cum superavit animus, naturamque sui similem contigit & agnovit: junctus ex anima tenui, & ex ardore Solis temperato, ignibus insistit, & finem altius se efferendi facit; cum enim sui similem & levitatem & calorem adeptus est, tamquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur, eaque demum ei naturalis est sedes, cum ad sui simile penetravit, in quo nulla re egens, aletur & sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur & aluntur. Erant hae demonstrationes Philosophorum de immortalitate animae, ductae ex Systemate videlicet, philosophico sensu atque ratiocinio,

nio, ab essentia, sive natura ejus; quarum aliquae, uti patet, non destrui animam potius nec exstingui, quam reipsa remanere ac vere immortalem esse evincebant.

XVI.

De Stoicis pauca videntur proferenda, ab opinione siquidem Judaeorum eadem immensum dissonare nemo dubitat. *Mors est*, inquiebat Seneca Epist. IV. Lib. VII., *non esse id quod ante fuit, sed quale sit, jam scio. Hoc erit post me, quod ante me fuit. Si quid in hac vita tormenti est, necesse est fuisse antequam prodiremus in lucem: atqui nullam sensimus tunc vexationem. Rogo, non stultissimum dicas, si quis existimet lucernae pejus esse cum exstincta est, quam antequam accenderetur? Nos quoque & accendimur, & exstinguimur, medio illo tempore aliquid patimur*. Quae quidem ad verba scripsit olim Muretus: *Quid, rogo, est quod se hic Seneca innuit putare, nihil ex homine superesse post mortem, cum alibi tam aperte profiteatur bonorum Virorum animos, morte obita, in caelum ferri, atque illic beatissime vivere? Nimirum certum ac stabile esse nihil potest, nisi quod vero ac solido fundamento nititur, ideoque semper veterum Philosophorum de Deo, de animorum immortalitate, & similibus judicia fluctuarunt*. Quae de horum funda-

mento principiorum scribit Muretus verissima sunt, eique assentiri gloriamur; verum dum Senecam sensisse docet, & falsum fuisse bonorum Virorum animos, morte obita, in caelum elatos illic beatissime vivere, nae Stoica in Philosophia prorsus hospitem se ostendit hic Rhetor. Remanere illi animas post mortem dicebant quidem, neque perire eas aut consumi; non ideo retinere tamen, propriamque easdem, ut cum Scholae Sectatoribus loquamur, adservare *Personalitatem*; sed cum anima Mundi, ex qua delibatae fuerant, iterum confundi, & cum universalissimo miscere se principio. Itaque & scribebat vetus ille: *Ne dicas tantus sum, omitte illud tantus, fies universalis, cum & antea fueris universalis*. (Porphyr. in Sentent.) Qualem vero Seneca imaginatus fuerit animae immortalitatem patefacit ipsemet, Lib. V. Epist. 1. scribens: *Cogita, nihil eorum, quae ab oculis abeunt, & in rerum naturam, ex qua prodierunt, ac mox processura sunt, reconduntur, consumi. Desinunt ista, non pereunt. Et mors quam pertimescimus, ac recusamus, intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem resonat dies, quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo, omnia, quae videntur perire, mutari. Aequo animo debet reditu-*
rus

rus exire. Observa orbem rerum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil exstingui, sed vicibus descendere, ac resurgere &c. Hoc autem ex Senecae testimonio subit animum error eorum, qui vel authoritate Philosophorum utuntur ad Resurrectionis, ut ajunt, possibilitatem evincendam, vel eos rem tantam credidisse contendunt. Inquiebat Arnobius, Libro adversus Gentes II. *Audetis ridere nos, quod mortuorum dicamus Resurrectionem futuram; quam quidem nos dicere confitemur: sed a vobis aliter, quam sentimus, audiri. Quid in Politico idem Plato? Nonne cum mundus occeperit ab occiduis partibus exoriri, & in cardinem vergere qui orientis est Solis, rursus erupturos homines telluris e gremio scribit, senos, canos, decrepitos; & cum anni coeperint accedere longiores, per eosdem gradus, quibus hodie crescitur, ad incunabula Infantiae exituros?* Non negandum profecto Rhetoras illos Christianos studio Religionis actos fuisse maximo; sed parum una Christianam novisse doctrinam, minus autem Graecorum Philosophiam. Qualem enim, obsecro, nexum cum Platonica & Stoica mundi renovatione habere potest Resurrectio Christianorum? Quam porro illa inter se se differunt! Stoicorum Systema enarrabat Lucilius apud Tullium Lib. II. de

Natura Deorum, ita differens: *Sunt autem ftellae natura flammeae: quocirca terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui a fole, ex agris tepefactis & ex aquis, excitantur: quibus altae renovataeque ftellae, atque omnis aether, refundunt eadem, & rurfum trahunt indidem, nihil ut fere intereat, aut admodum paullulum, quod aftrorum ignis & aetheris flamma confumat. Ex quo eventurum noftri putant id, de quo Panaetium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignefceret, cum, humore confumpto, neque terra ali poffet, neque remearet aer; cujus ortus, aqua omni exhaufta, effe non poffet: ita relinqui nihil praeter ignem; a quo rurfum animante ac Deo renovatio mundi fieret atque idem ornatus oriretur*. Recte igitur Tatianus contra Gentes: *Corporum Refurrectionem*, inquit, *futuram credimus poft omnium rerum confummationem, non, ficut Stoici dogmatizant, poft quafdam periodos Circulorum nafcentium femper & occidentium incaffum; fed Seculorum, quae femel fecundum nos tranfierunt*. Σωμάτων ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν μετὰ τὴν τῶν ὅλων συντέλειαν, οὐχ᾽ ὡς οἱ Στωικοὶ δογματίζουσι, κατὰ τινὰς κύκλων περιόδους γινομένων ἀεὶ καὶ ἀπογινομένων τῶν αὐτῶν, οὐκ ἐπί τι χρήσιμον. Ἅπαξ δὲ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς αἰώνων πεπερασμένων. Theopompi quidem verba referunt

runt nonnulli ; quae apud Laertium in Prooemio legimus : ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς Μάγους τοὺς ἀνθρώπους . *Reviviſcere* , vel *revicturos eſſe homines ex Magorum ſententia*. Verum in Indice Philologico ad Hiſtoriam Philoſophiae Orientalis haud diſſimulat Clericus , vereri ſe ut Reſurrectionem Chaldaicam ſatis intellexerint qui eam cum noſtra peſſime confundunt . Corpus putrefactum , poſt certum tempus , in vitam revocari , cum reliqua Chaldaeorum doctrina nullum habet nexum . Ajebant Chaldaei ſane corporis εἴδωλον una cum mente ad ſuperiora redire, quod mentem ſine illo ὀχήματι vehiculo eſſe non crederent ; ſed ille reditus in piis fieri poſt mortem , neque ad Cadaver ullatenus pertinere putabatur : quod ex Oraculis Chaldaicis , exque annotatis ad illa , ex Stanlejo demum confirmatum eſt .

Platonica omnium renovatio , licet a Pythagorea atque Stoica diverſa, a noſtra tamen longius adhuc aberat Qui utramque componere pertentavit Origenes , verius , qui προϋπαρξιν Platonicam noſtrum in Syſtema inducere perrexit , Chriſtianorum fidem hacce in re deſeruiſſe viſus eſt Nexum illum male natum exhibebant Libri περὶ ἀρχῶν , abſurdiores olim atque hodie ſunt , amicam videlicet ac certe medicam Rufini manum , ut hic fatetur , experti .

Retulerunt illum satis tamen Justinianus Caesar in calce Epistolae ad Mennam, & Hieronymus in Epistola ad Avitum. Huetius Libro Origenianorum II. Quaestione VI. Num. XX. qui haec diligenter pertractat, pessimos Adamantii Magistros, Philosophos nempe, in medium adducit. Quam longius igitur a fide nostra Philosophi veteres abesse debuerunt, qui scilicet ex nudis illis principiis necessarias inferebant consequutiones? Denique Chaldaica illa, uti & Pythagorea, & Stoica & Platonica restitutio aut renovatio ex vi & natura ipsa rerum petebatur; nostra ex Numinis arbitrio.

XVII.

Sed omissa Resurrectione revertimur ad statum animi post mortem; esto hujusce doctrina rei ita apud Veteres cum principio, & fine, & natura Mundi copulata esse censeretur, ut ex opinione, quam materiae de generatione, corruptione, atque fermentatione habebant, de statu animorum etiam differere solerent. Sic igitur argumentari pergimus: Opposita atque contraria omnino Dogmata Philosophorum Graecorum erant, in re qua de agitur, de futuro nempe Seculo, fidei ac sententiae Judaeorum sub Principibus Assamonaeis; opposita imo menti non dicam fideique Machabaeorum Fratrum, verum, uti fusius de-

demonstratum erit, sententiae Esseniorum etiam ac Pharisaeorum. Dogma itaque quod omnes hi propugnabant de vita functorum hominum post mortem conditione ac statu, non a Graecis ortum habuit ac Chaldaeis, aut Aegyptiis Philosophis; sed ipsamet vetus doctrina ac Traditio erat, in Judaeorum Gente propagata; iccirco a Majoribus suis Judaei post Captivitatem futurum didicere Seculum ac Judicium, futuram meritorum Retributionem.

Non me latet ex diversitate illa Judaeos inter & Philosophos aliter argumentatum fuisse Lucam Brugensem, Cl. olim Lovaniensem Theologum, qui Commentario in Matth. Cap. III. ita scripsit: *Quum tempore Maccabaeorum plures florerent Scribae, quorum Collegium ab Esdra exordium sumserat, qui sapientiae studerent, & , ut jugo Graecorum subjacebant, nonnumquam audirent de his rebus (animae humanae immortalitate, corporis Resurrectione, aeternis bonorum, & malorum suppliciis) fabulas, factum est ut coeperint Quaestiones de his rebus in medium afferre, & inter se ventilare, atque a se mutuo dissidere; aliis ista adstruentibus, qui vocati sunt Pharisaei, aliis negantibus, qui Saducaei. Ante haec tempora non videtur Populus Israel quidquam de his rebus doctus fuisse, aut*

quidquam de his rebus publice praedicatum, eo quod Lex harum rerum disertam mentionem non faceret, terrenas dumtaxat spes minasque bonis, malisque ob oculos ponens. Quam absona tamen, quam levis, quam arbitraria sit ejusmodi hypothesis, vix potest explicari. Nam ut praetermittamus, Machabaeorum verba atque verborum emphasim ita esse concinnatam, doctrinamque de futuro Seculo ita tunc referri, ut receptam veteremque Judaicae Ecclesiae fuisse jam sententiam satis intelligatur: ut omittamus etiam Viros Cl, Franciscum praesertim Buddeum in *Meditatione de Resurrectione Mortuorum*, de fide Flavii dubitare aequalem Machabaeis antiquitatem dum tribuit Sectis Pharisaeorum atque Sadducaeorum, quorum longe recentior dicitur origo; haec, inquam, ut missa faciamus, ast, ubi nam, quaeso, sunt vetera monumenta, quae allegatam originem apud Judaeos opinioni futuri Seculi adstruant? ubi exempla Dogmatum hac ratione apud Judaeos receptorum? Potuit error quidem esse caussa, ut recepta ac vera jam magis explicaretur, propugnareturque doctrina, utque ejus in professione tenaciores essent ii, quibus vetus cordi erat Traditio (*); ast

(*) Basnage Histoire des Juifs Tom. II. Premiere Partie, *Lib. II. Cap. XIV*. On donne aux

aſt origo eſſe non poterat ſolus error incompertae veritatis . Oſtendemus vero ſtatim , niſi fallimur , Machabaica jam ante tempora Populos Gentiles ex antiquiſſima Traditione recte ſenſiſſe de futuro Sæculo ; perperam vero Philoſophos ex Syſtemate loquutos. Scribae igitur illi qui hanc primum doctrinam Judaicas invexiſſe in Synagogas dicuntur , ſequuti opinionem Vulgus fuiſſent , Sapientum opinionibus omiſſis ; quod & contra veri ſpeciem eſt , & contra factum , ut oſtendemus ipſum ; ſiquidem haſce vix Quaeſtiones philoſophica definire methodo perrexerunt Judaei , abeſt adeo ut Philoſophorum Syſtemata averſati ſint , ut eos ſequuti , a Gentis ſuae veteri ſententia longe diſceſſiſſe videantur . Non

---

Sadducéens une fauſſe Antiquité , en ſoutenant que leur opinion commençoit à ſe répandre du tems d'Eſdras. En effet , on aſſure, que comme on vit alors des Saints , qui ſe ſéparoient des Nations idolâtres , & qui jettoient les fondemens du Phariſaïſme , il y eut auſſi des Impies , qui commencérent à nier la Reſurrection des Morts , & l'Immortalité des Ames . On ajoute que Malachie les introduit , diſans , *C'eſt en vain que nous ſervons Dieu* ; & Eſdras , qui voulut donner un Préſervatif à l'Egliſe contre cette erreur , ordonna qu' on finiroit toutes les prieres par ces mots , *de Siécle en ſiécle* . On ſe contentoit , ſelon les Thalmudiſtes, de dire auparavant , *à Dieu ſoit gloire au Siécle* ; mais les Hérétiques ſoutenant qu'il n'y avoit point d'au-

Non ignorandum enim, majorem opinionis futuri Seculi antiquitatem vel apud eos comparere, qui cogitatis suis aliena in Dogmata transire videbantur; Platonem praecipue Judices apud Inferos Justitiae custodes, atque actionum humanarum vindices constituisse ac remuneratores; eorumque nomina & officia, & varia poenarum genera, quas improbis infligere dicebantur, copiose exposuisse pluribus in locis, in Phaedone, in Gorgia sub finem, & in Decimo de Republica, ex relatione Heri Armenii ab Inferis reducis. Verum considerandum maxime est, veteres Philosophos non semper ex Systemate loquutos, sed Poetarum instar, modo communes ad opinio-

nes,

tre vie, on changea le Rituël, & on dit, *de Siècle en siècle*, afin qu' on sut qu' il y avoit un Siécle, ou une autre vie après celle-ci. Malgré la Précaution d'Esdras, l'erreur se multiplia, l'Eglise déchut après la mort de Siméon le Juste, & Tsadoc, profitant de cette corruption, publia hautement ses sentimens, & donna le nom à sa Secte. C'est ainsi que Liphfoot en avoit rapporté l'origine...... Ce fut plutôt la Théologie Mystique, qui enfanta cette Secte. En effet, les idées d'obéïssance pure, séparée de l'espérance du bonheur, ne se trouvent pas seulement dans les Ecrits de Clément Aléxandrin, & de quelques autres Peres de l'Eglise fort anciens; mais, Antigonus les avoit semées sous l'Economie de la Loi, &c.

nes, modo ad aliorum sententias allusisse, modo ad suas. Dialogos illi, uti in Platone & Tullio videmus, frequentissime scribebant, in quibus per inductas quae loquerentur Personas, opposita principia, oppositas tueri Leges, opposita propugnare videbantur Dogmata. Itaque Disputator ille apud Ciceronem, Libro I. de Natura Deorum: *Quaeritur primum*, inquiebat, *in ea Quaestione, quae est de natura Deorum, sintne Dii, necne sint. Difficile est negare, credo, si in Concione quaeratur; sed in ejusmodi sermone & in consessu facillimum. Itaque ego ipse Pontifex, qui caeremonias Religionesque publicas sanctissime tuendas arbitror, is hoc quod primum est, esse Deos, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim; multa enim occurrunt, quae conturbent, ut nulli esse videantur*. Libro autem illius argumenti III. ita rursus apud eundem Cotta: *Sed antequam de re, pauca de me; non enim mediocriter moveor auctoritate tua, Balbe, orationeque ea, quae me in perorando cohortabatur, ut meminissem, me & Cottam esse & Pontificem, quod eo, credo, valebat, ut opiniones, quas a Majoribus accepimus de Diis immortalibus, sacra, caeremonias, Religionesque defenderem. Ego vero eas defendam semper, semperque defendi: nec me ex*

ea

ea opinione, quam a Majoribus accepi de cultu Deorum immortalium, ullius umquam oratio aut docti aut indocti movebit; sed cum de Religione agitur, Ti. Coruncanium, P. Scipionem, P. Scaevolam, Pontifices Maximos, non Zenonem, aut Cleanthem, aut Chrysippum sequor: habeoque C. Laelium Augurem, eundemque sapientem, quem potius audiam de Religione dicentem in illa oratione nobili, quam quemquam Principem Stoicorum . . . Habes, Balbe, quid Cotta, quid Pontifex sentiat. Fac nunc ergo intelligam, tu quid sentias; a te enim Philosopho rationem accipere debeo Religionis; Majoribus autem nostris, etiam nulla ratione reddita, credere. Denique Libro de Divinatione II. alter eorum qui loquentes inducuntur: *Ut ordiar ab Haruspicina, quam ego Reipublicae caussa, communisque Religionis colendam censeo: sed soli sumus: licet verum exquirere sine invidia, mihi praesertim de plerisque dubitanti*. Caecilius ille apud Minucium Felicem in *Octavio* Disputator, dum Epicuri caussam ageret, ac Divinam oppugnaret Providentiam, eo devenit, ut ex ejusmodi altissimarum ignoratione rerum, Majorum suorum Disciplinam sequendam tueretur. Sensit ille quidem Philosophiae se praejudicare suae, idcirco se se interjectione ista veluti correxit: *Ausim enim*

enim interim & ipse concedere, & sic melius errare; melius scilicet quam Christianos, si Romanorum superstitiones probare videretur atque propugnare pergeret; quum illi Deum sententia sua proponerent cultoribus suis gravem, & noxium potius quam beneficum, suosque ab honoribus, opibus, ac voluptatibus dehortantem. In veteribus Philosophis igitur distinguendum remur, quid ex ore omnium atque ex communi sententia; quid contra ex Systemate protulerint. Hoc futuro Seculo adversatur, illud futuram vitam confirmat vehementer; idque si animadvertendum saepius, quam factum est, in Antiquorum lectione duxissent Sapientes, non adeo errassent eorum in assequenda mente; quod esse dolemus frequentissimum.

XVIII.

Testimonia jam vero illa de futuro Seculo atque Judicio, quae apud Platonem, ceterosque inveniuntur veteres Scriptores, ostendunt apertissime, jam ante receptissimam vulgatamque fuisse de perpetuitate animorum vetustissimas apud Gentes opinionem. Ita Plato in Timaeo: *Videntur illi*, inquiebat, *qui nobis Mysteria instituerunt, non homines viles, aut nihili fuisse; sed revera per aenigmata indicasse, quod quisquis non initiatus, atque ad intima admissus arcana,*

cana, *ita imperfectus ad Inferna abierit*, *in luto ac sordibus jacebit : ille contra*, *qui purificatus ac perfectus fuerit*, *eo deveniens cum Dis habitaturus sit* . Κινδυνεύουσιν οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν καταστήσαντες, οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. Ita haec, inquam, efferuntur, ut non recens ortam ostendant futuri Seculi opinionem. Ut enim verbis utar Tertulliani in Apologetici Cap. XLVII. *Inventum solummodo Deum*, *non ut invenerant* (Philosophi) *disputaverunt*, *ut & de qualitate*, *& de natura ejus*, *& de sede disceptent*. *Sic & de animae statu* . Neque enim quaesivissent aliqui, quanam de caussa superesse animus post mortem potuisset, nisi recepta jam fuisset opinio, ipsum revera superesse. Jam diu credebant homines (ut exemplo in praesentia utar) animum esse immaterialem, quum id demonstrare Cartesius conatus est; neque ex ratiocinio Philosophi illius tamen, uti ante, ita nunc & inde, immaterialem animum sibi credendum esse cogitavit Populus, qui, vel regnante Philosophia illa, prima ejus ignoravit Capita, & definitiones, & principia. Vix profecto alicujus Philosophiae ope (vel si ad nostras accessisset

ſet atque rectiſſima fuiſſet) induci aliqua potuiſſet in Gente alterius Seculi opinio ; quam non ratiocinio quaerere opus fuiſſet, ut crederent plerique , ſed tradi potius & auctoritate veluti tueri . Inane illud certe eſt , fuitque ſemper , Philoſophorum omnium oblectamentum , nil adhuc tamen Populorum opinionibus fideique conferentium, quae aliis oriri ſolent ſtareque fundamentis. Nunc etiam Angli Philoſophicum Gallis neque in legibus motus Univerſi , neque in definitione materiae , neque in definitione animae conveniunt (*) ; uterque adhuc tamen Populus eandem veram habet de futuro Seculo opinionem .

XIX.

(*) Voltaire Lettres Philoſophiques, *Epître XIV*. Un François qui arrive a Londres trouve les choſes bien changées en Philoſophie ; comme dans tout le reſte . Il a laiſsé le monde plein , il le trouve vuide . A Paris on voit l'Univers composé de tourbillons , de matiere ſubtile ; a Londres on ne voit rien de cela . Chez nous c'eſt la preſſion de la Lune qui cauſe le flux de la mer ; chez les Anglois c'eſt la mer qui gravite vers la Lune : de façon que quand vous croyez que la Lune devroit nous donner marée haute , ces Meſſieurs croyent qu'on doit avoir marée baſſe ; ce que malheureuſement ne peut ſe verifier ; car il auroit fallu , pour s'en eclaircir , examiner la Lune & les marées au premier inſtant de leur creation . Vous remarquerez encore , que le Soleil , qui en France n'entre pour rien dans cette affaire , y contribue

XIX.

Fuit hoc Librorum noſtrorum *de Naturalis Legis Principiorum Traditione* nobile olim argumentum ; principia ſiquidem naturalis Juris ea diximus , Deum ſcilicet eſſe , eumque aeternum , immortalem ac materiae prorſus expertem , juſtum aeque ac liberalem , omnipotentem ac providentem , omnia pro imperio ac voluntate ſua decernentem , eumque rerum omnium factorem , quem honore ac laudibus proſequendum dignoſcamus : *Homines vero animos ſortitos eſſe immortales atque poſt fata ſuperſtites* ; eoſque miſera in conditione . . . eſſe ,

---

ici environ pour ſon quart. Chez vos Carteſiens, tout ſe fait par une impulſion qu'on ne comprend gueres ; chez Mr. Newton , c'eſt par une attraction, dont on ne connoit pas mieux la cauſe. A Paris vous vous figurez la terre faite comme un Melon ; a Londres elle eſt applatie a deux cotez. La lumiere pour un Carteſien exiſte dans l'air ; pour un Newtonien elle vient du Soleil en ſix minutes & demie. Votre chimie fait toutes ſes operations avec les Alkalis, & de la matiere ſubtile : l'attraction domine juſques dans la Chimie Angloiſe. L'eſſence même des choſes a totalment changé. Vous ne vous acordez ni ſur la definition de l'ame , ni ſur celle de la matiére. Deſcartes aſſure que l'ame eſt la même choſe que la penſée ; & Locke lui prouve aſſez bien le contraire. Deſcartes aſſure encore que l'etendue ſeule fait la matiére ; Newton y ajoute la ſolidité. Voila des ſerieuſes contrarietez &c.

esse, non necessitate naturae, aut imbecillitate factoris; quippe qui omnia condiderit perfectissima; sed extrinseca omnino e caussa, & ratione Justitiae: virtuti praemium, supplicia certissime respondere vitiis atque peccatis: lento aliquando gressu divinam procedere iram, tarditatem tamen supplicii gravitate pensare: Haecque ita praeconcepta Legis Naturalis principia, non arbitrio aliquo humano inducta fuisse statuimus, aut suapte solum natura, aut ratione hominum, aut creata Lege, aut Philosophia, opinione, aut consuetudine; sed certissima universalissimaque Gentium atque aetatum omnium consensione; neque alia ab origine, quam a Divini Numinis Traditione, sive Revelatione derivata.

Mirum jam vero, quam varie nostro de Systemate senserint Scriptores aliqui praestantissimi, qui illud in examen revocarunt; quod mihi quidem erat in votis; quum meas ego Opiniones, ut suas olim tabulas Apelles, patere semper omnibus voluerim; reprehendentibus, & meliora ostendentibus non modo assensurus, verum ut gratiam haberem etiam, eoque majorem, quo non obtrectandi consilio, sed studio indagandae veritatis (quod sane contigit) futurum id ut fieret considerem. Germani igitur, qui Acta Eruditorum Lipsiae conscribunt, haud

 infe-

infeliciter Elucubrationis scopum repraesentare visi, non dignas tamen Auctoribus suis fecerunt animadversiones (Act. Erud. MDCCXLV. pag 586.) Philosophici stilum Libri in quaestionem vocant , cujus inconstantiam criminati , aut ego fallor , minime fuissent , si in Praefatione latam Ciceronis sententiam animadvertissent , qui eloquentiam a Philosopho non admodum flagitabat; quare & certiorem factum Lectorem videre potuissent , ubicumque aliorum testimonia pronunciaveram , maluisse me , a Typographo quoque longissime absentem, verba e verbis exprimere , barbara licet non semel atque abjecta , quam elegantia supponere ; quin , & nitoris caussa , iisdem contextus formis , quibus mea , aliorum edita voluisse verba atque effata . Mirabantur jam vero iidem doctissimi Excerptores quî principia non prorsus nobiscum nata , sed ab antiquissimis hominibus ad Posteros continua successione transmissa , Lex inde Naturae dici mereantur ? Qua equidem in re , Legis naturae praecepta , sive Legem ipsam naturalem , cum ejus principiis , sive cum praeconceptis universalissimis & altioris indaginis veritatibus inordinate miscent ac confundunt . In ratione quidem & natura , posita & nos esse statuimus moralis vitae principia , ut ita dixerim , secunda &
ex

ex aliis orta ; non vero altiſſima & primaria , ex quibus cetera conſtare poſſint , & quorum comprehenſione mens noſtra partes omnes devinciat , momenta cujuſque veritatis ponderibus ſuis examinet , adverſaria evertat, conſectaria quaelibet eliciat; haeceque praeconcepta magis eſſe, & Traditione perpetua haberi demonſtravimus, quam natura atque ratiocinio .

Non commemorabimus quae Viri doctiſſimi ſcripſere, nempe , quid intellectum per Traditionem velim , haud definite ſatis me expoſuiſſe ; & modo illam de morali doctrina in Sacris Literis contenta , modo de ſententiis moralibus, inde a primis Mortalibus per reliquas Orbis Gentes propagine quaſi quadam ſparſis, & jugiter conſervatis accepiſſe ; haec , inquam , nec memorare placet , neque etiam vindicare , quum vel ipſo Germanorum Excerpto ſatis conſtare exiſtimem , Principia Legis naturalis haud nos alia dixiſſe , quam exiſtentiam Numinis ejuſque providentiam , immortalitatem animorum , ſupplicia impiis , juſtiſque tributa altero in Seculo ſaltem praemia , haecque ab ipſa Mundi origine , vel Idololatriae ope eſto fabulis immixta & mendaciis conſperſa , Traditionis ope tamen adſervata . Unum modo eſt , cui faciam ſatis , quod nempe haec ſcripſerint: *Cl. Auctor , Traditionem*

tionem Juris naturalis principium constituendo , hypothesibus Ecclesiae suae aliquid dedisse videtur , quae , quod abunde constat, in doctrina Religionis revelatae multum huic concedit. Non erubesco, glorior imo quammaxime , multum me sententiae Ecclesiae meae dedisse ; ast si verum idest , hypothesibus Ecclesiae nostrae multum dedisse dicendus celebris Clericus (*), qui infinitis Librorum suorum locis eandem principio-rum

(*) Clerc Tom. XXII. *Bibliotb. Ancienne & Moderne* : On demandoit a Thalés ce que c'etoit que adieu, & il respondoit, que c'etoit ce qui n'avoit ni commencement, ni fin. Quelques uns ont cru qu'il entendoit par là la matiere. Mais Ciceron a dit que Thalés disoit que l'eau étoit le principe de toutes choses , & que Dieu étoit l'intelligence qui avoit fait toutés choses de l'eau. *Aquam dixit esse initium rerum ; Deum autem eam mentem , quae ex aqua cuncta fingeret*. J'ai du penchant à croire que Ciceron a bien compris le sentiment de Thalés , parceque ce la étoit conforme a l'ancienne doctrine que Moise avoit conservée parmis les Juifs, & qui pouvoit s'étre repandue parmis les Pheniciens. Car il faut savoir que le Pere de Thalés étoit Phenicien, comme on le pourra voir dans la vie de ce Philosophe , écrite par Diogene Laerce.

Idem Tom. XXVII. pag. 89. Au commencement les hommes n'étoient pas grands raisonneurs. Ils ne pouvoient avoir reçu un fait , come celui-ci : *Un Dieu a créé le Monde* , que d'un Oracle du Ciel, comme Adam & Heve,

rum illorum originem ſtatuit ; Tomo praeſertim XXII. & XXVII. Bibliothecae Antiquae & Hodiernae: Hypotheſibus Eccleſiae noſtrae multum etiam dederit inſignis Iſaacus Barrovvius Anglus , qui integra luculentiſſimaque Oratione exiſtentiae Dei certitudinem , noſtra equidem methodo , Traditioni aſſeruit; Noſtrae Eccleſiae hypotheſibus magis etiam conceſſerit Samuel Rachelius , qui in Prolegomenis ad Libros de Officiis Ciceronis , naturam honeſti , aliaque , non ad principia modo , ſed ad Jus etiam naturae , ſive naturalem ad Legem ſpectantia , non a moribus, aut ab hominis natura , ſed a Numinis voluntate atque imperio propugnat eſſe deſumenda . Aliquid Eccleſiae noſtrae hypotheſibus dediſſe dicendus etiam eſt Caſaubonus, Libro *de Satyrica Poeſi I. Cap. I.* ubi ſcripſit: *Feſtorum dierum cauſſas facit Strabo ſacrorum curam* ad

ou de l'inſtructions de ces premiers Parens du Genre humain . Ce n'eſt pas une ſimple Hiſtoire : mais une atteſtation ſolemnelle de ce que nos premieres Peres ont enſeigné à leur Poſterité. Comme il ne s'agit paś d'un raiſonnement, mais d'un fait , dont ils étoient parfaitement aſſurez ; ils ne pouvoient dire autre choſe que ce qu'ils ſavoient, & dont ils ne pouvoient pas donter. Cette Tradition s'étant établie, la contemplation du Monde , dont la beauté frappoit les yeux, l'a tellement confirmée qu'elle s'eſt repandue par tout .

ad honorem Deorum , & laborum intermissionem : atque hoc inventum , non tam ab ingenio hominum esse profectum ostendit , quam ab ipsa natura suggestum : neque Graecorum proprium esse , sed Graecis commune cum aliis omnibus Orbis terrarum Gentibus . Recte istud quidem prudentissimus Strabo ; sed Virum πολυμαθέστατον fugit , quod erat praecipuum & momenti maximi . Hic enim tantus omnium , ut ait , Gentium consensus, non solum ab instinctu quodam communis naturae est profectus , verum etiam a Dei ipsius , qui Naturae Auctor , institutione , ac jussione ; dierum enim distinctio in festos & profestos , non hominum est inventum , sed illius qui & hominem , & omne hoc solus esse jussit , & jubendo fecit : operae pretium est animadvertere , quomodo partim retinuerunt , partim stultissimis inventionibus divinum institutum Nationes universae , praeter Hebraeorum τὸν περιούσιον λαὸν depravarunt .

Hypothesibus denique Ecclesiae nostrae plurimum dicendi dedisse Potterus, Libro Archeologiae suae II., Pufendorfius atque Barbeyracus (*), quorum Systema a nostro haud

(*) Bibliotheque Laisonnée des Ouvrages *des Savans* de l'Europe Tom. XXIX. Part. I. Art. X. Un Auteur célèbre (Pufendorf, dans son Traité du Droit de la Nature & des Gens, traduit & commenté par Mr. Barbeyrac , Tom. I. pag. 235.) qui a ramasé avec soin presque

haud longe abesse docuit Batavus Exceptor, de quo mox ; dedisse etiam Pope (*), in Specimine de Homine Epist. III. Pluscius recentissimus, & sexcenti alii, nec quidem ex nostris, a Pufendorfio allegati. Verum ad graviora transeamus.

XX.

Ad Batavi Excerptoris, Viri Cl., judicium scilicet, quod in Ephemeridibus Literatorum exstat, quas Wetstenius Amstelae-

tout ce que les Philosophes & les Savans ont débité sur la *Loi Naturelle*, ne s'écarte pas beaucoup du Systême d'*Ansaldus*, lorsqu' il avance, qu'il y a beaucoup d'apparence que Dieu enseigna aux prémiers Hommes les principaux chefs du Droit Naturel, qui se conserverent, & se répandirent ensuite parmi leurs Descendans à la faveur de l'Education & de la coutume : mais que cela n'empêche pas que la connoissance de ces Loix ne puisse être appellée Naturelle, entant qu'on peut découvrir la verité & la certitude par la voie du Raisonnement, où par l'usage de la Raison naturelle à tous les Hommes. Or, ajoute-t-il, de cela seul que les Propositions, où est contenue la Loi naturelle, sont imprimées dans l'esprit des Hommes par la contemplation de la Nature des choses, il s'ensuit évidemment, que l'on en doit raporter l'origine a l'Auteur de la Nature. Voila ce que pretend Pufendorff. Sur quoi il entrasse, avec son Commentateur, autorités sur autorités &c.

(*) *Essai sur l'Homme Epître III.* La simple Tradition que cet Univers a commencé fit passer de Pere en fils un foi non interrompue.

laedami edidit, Tomo XXIX Parte I. Art. X. Scriptor ille doctiſſimus (*) Syſtema, verius mentem meam candide exhibuit, cogitatumque noſtrum, facinus pulchrum vocat, audax, immenſum, majoribus tamen difficultatibus, ut ipſi quidem videbatur, implexum; in eoque peccaſſe mihi viſus eſt, quod philoſophicis me rem agere credidit argumentis, eaque demum me tueri Philoſophorum placita, quibuſcum, non recta quidem, ſed aliqua ratione depugnabam. Scilicet relatis Athaeorum, aut Naturaliſtarum, aut Scepticorum erroribus, erant ſaniora quoque Dogmaticorum placita opponenda,

---

(*) Bibliotheque Raiſonnée des Ouvrages des Savans de l'Europe, Tom. XXIX. Part. I. Art. X. L'entrepriſe eſt belle & hardie, mais cependant a quelles difficultés inſurmontables ce beau, ce vaſte Syſteme étalé avec pompe, n'eſt-il pas ſujet? Dans quels embaras ne jetté-t-il pas lorſqu'on vient a l'examiner de prés, & a entrer ſcrupuleuſement dans le details de toutes les parties qui le compoſent. L'eſprit humain ſe revolte à la vue d'une carrière ſi longue & ſi difficile a parcourir: on court riſque de ſe perdre en s'y engageant quelque réſolu, quelque determiné que l'on ſoit a franchir avec courage toutes les difficultés qu'il preſente. Je me contenterai d'en expoſér quelques unes, aux quelles il ne me paroit pas facile de rien repondre qui ſatisfaſſe pleinement un Eſprit Philoſophique &c.

nenda, ne validior ratio videretur in oppugnandis, quam in propugnandis veritatibus; quae tamen ego Dogmata, tametsi vera, vix tamen opportuna atque idonea rei conficiundae arbitratus, Traditioni viam veluti sternebam, & ad ipsam demum confugiendum consequebar. Quatuor heinc subjicit Vir Cl. objecta nostram contra hypothesim, ex infinita morum varios inter Populos diversitate; ex Magistratuum humanarumque necessitate Legum ad regendam aliqua ratione societatem; ex imbecillitate Intellectus; ex oppositione demum Naturam inter & Legem seu rationem, derivata. Verum non animadvertit Vir doctissimus, haec non impetere principia Legis Naturalis, sed praecepta fatius, sive Legem ipsam naturalem, ejusque fontem atque originem; quam nos, allegato in Opere, in ambiguo reliquimus, naturaene, an rationi, an potius Institutioni asserenda videatur. Tametsi neque illa Tullii ignoraremus, Libro de Legibus I. *Justos natura nos esse factos; tantam autem esse corruptelam malae consuetudinis, ut ab ea igniculi exstinguantur a natura dati, exoriantur, & confirmentur vitia contraria*; & Lib. Quaest. Tuscul. III. *Nunc parvos natura dedit nobis igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam na-*

turae

turae lumen appareat : nunc autem simulatque editi in lucem & suscepti sumus , in omni continuo pravitate , & in summa opinionum perversitate versamur . Quae quum vera sint , Legem ipsam Naturalem eruendam necessario a Revelatione fuisse, consequi potuissemus (*): qua tamen a definienda re abstinere adhuc placuit . Loquuti quippe solum fuimus de maximis atque altioris

(*) *Lettres Juifes Tom. I. Lettre XXVII.* Si pourtant Osman Bacha (le Conte de Bonneval) étoit véritablement Juif, ce feroit une foiblesse impardonable de n'en avoir pas fait un aveu autentique. D'ailleurs, notre Loi épurée n'admet point de pareils Deguisemens: & si le Bacha est Juif, il faut qu'il soit de cette Secte établie a Paris (les Deistes) qui n'a pas en usage la Circoncision, et qui ignore même d'etre dans la croyance Judaïque. Le Bacha ainsi que ceux de Paris, n'a aucun culte exterieur, & n'observe aucun Ceremonie. Cependant il faut necessairement que Dieu ait ordonné un culte a l'Homme, puisque il l'a créé pour le servir. Sans doute, il lui a tracé les Regles & la façon dont il vouloit l'etre. Quel Chaos affreux ne s'ensuivroit-il pas, si chacun avoit une façon de penser differente sur le culte qu'on doit a la Divinité. L'esprit de l'Homme, sujet a s'egarer, retomberoit bientôt dans les Erreurs de l'Idolatrie. On le verroit encore, l'Encensoir a la main, offrir son hommage aux animaux les plus vils, deïfier des Oignons, & fair naitre tous les jours mille Divinitez dans son Jardin potager.

tioris indaginis principiis, quorum scaturiginem ut educeremus a Deo satius, quam a natura aut ratione repetendam, iis fere usi sumus argumentis, quibus Batavus Scriptor adversus nostras depugnavit, suis tamen e sedibus avulsas, propositiones.

Jam vero adtigimus tandem facile, quid hoc rei esset, paucos nempe mentem nostram intellexisse. Non alia profecto de caussa, nisi ex continuata Oratione. Convenire enim nobis in eo saltem videre videbamur magno cum Salmasio, qui Prolegomenis in Solinum ita gravissime scribebat: *Ab animo meo numquam impetrare potui, quin irascar fatali illi desidiae quae hodie in Literis regnat, ut nullus probetur Liber, qui non sit per minutias Capitum & Titulorum fractus atque concisus*. Heinc ad Lucubrationem nostram in Compendium redigendam Batavus ille Scriptor, ut ipsemet fatetur, multum sudavit & alsit; quare & meis contra me utitur principiis, &, sapiens licet atque doctus, multa in medium adfert, quae jure in examen revocari possent, si esset iste locus.

XXI.

Nil igitur reliquum est aliud, quam ut validissimum Objectum dissolvamus, quod Viri Clarissimi qui Acta Reipublicae Literariae Florentiae concinnant, Systema nostrum

strum exponentes, adversari nobis docuerunt. Conspectum illi caste adeo & sancte Operis exhibuerunt nostri Tom. III. & IV, ut mentem ego meam Italico sermone aeque clare nitideque significare numquam valuissem. Verum quî fieri posset, inquirebant (*) doctissimi Excerptores, ut principiorum illa universalissima Traditio, cujus necessitatem evidentissime fatebantur demonstratam, Atheis inde probaretur; vel qua ratione

(*) *Novelle Letterarie di Firenze Tom. III. pag.* 486. *& seq.* L'avviso è bello e ingegnoso, e merita lode quant'altro mai; ma la difficultà si ridurrà ora tutta a mostrare per qual via provar si possa la verità di questa Tradizione contro il sacrilego fanatismo d'un Ateo, d'uno Spinosa. L'illustre Autore ci darà motivo di fargli quest'istanza in qualchedun'altro de' nostri foglj ec. *Tom. IV. pag.* 23. *& seq.* Fin quì il P. *Ansaldi*. E certo che la necessità da Lui pretesa ci pare molto bene e gagliardamente provata; è aggiunta la natural Tradizione agli argomenti prodotti da altri Valentuomini per dimostrare i diritti del Jus di Natura, si potrà con maggior forza combattere il fanatismo de' Libertini. Ma vorranno eglino ricevere questa Tradizione come evidente e incontrastabile, oppure sarà d'uopo provarla loro, e costringergli ad ammettere un principio sì ragionevole: Sarebbe egli agevole di persuadere capi deliranti e ostinati con quei tenui vestigi, che della primitiva Tradizione compariscono anche in mezzo alla più folta Idolatria; oppure sarebbe d'uopo ricorrere ad argomenti più chiari e più autorevoli? Le Scritture

tione ostenderetur ejusdem existentia, quum nonnisi tenuissima rectae Traditionis in Gentium moribus ac scitis vestigia comparerent; neque ad id sacrae sufficere Literae viderentur posse, quibus nempe, ut Philosophos decebat, ceu non revelatis utebamur monumentis? Recentiora vero nimis Moysis Scripta esse, quo vetustioribus de Populis, deque primorum Parentum doctrina atque Historia fidem facere valerent. Intellexerunt igitur Viri acutissimi vim nostri ratiocinii, similis ei nempe, quo Disputator ille apud Tullium, Libro de Divinatione I. *Quid est igitur*, inquiebat, *cur dubitandum sit*,

ce ne somministrarebbono in abbondanza; ma s'ha egli a ricorrere alla Tradizion rivelata per dimostrare la Naturale, o serve considerare i divini Volumi, come una semplice Istoria, o nulla più? Ma in una Ipotesi così svantaggiosa, chi vorrebbe credere a Mosè che parla de' tempi di Adamo e antediluviani, tanti Secoli dopo sulla sua parola? Chi attenderebbe la vera credenza degli Ebrei, e la terrebbe per norma della natural Tradizione, quando ell'era la favola di tutte le Nazioni di quei tempi infelici? Quale strada converrà dunque battere per rimontare fino alla prima sorgente d'una Tradizione pretesa sì necessaria, e per poterci anche strascinare chi dovesse condursi per forza? Non è questo un punto da potersi agevolmente decidere; ma che però meriterebbe le fatiche degli Eruditi quant'altro mai &c.

sit , quin sint ea , quae disputavi verissima? si ratio mecum facit , si eventa , si Populi , si Nationes , si Graeci , si Barbari , si Majores etiam nostri , si denique hoc semper ita putatum est , si summi Philosophi , si Poetae , si sapientissimi Viri , qui Respublicas constituerunt , qui urbes condiderunt : an, dum bestiae loquantur , expectamus ; hominum consentiente auctoritate contenti non sumus ? Hujus , inquam , vim argumenti intellexere doctissimi Excerptores , qui tamen mihi videntur illud Cottae , Libro I, de Natura Deorum , regerere perrexisse: *Unde notae tibi sunt opiniones Nationum ?*

Non arbitror hic profecto Viros Clarissimos a me postulare voluisse , ut Graecorum Latinorumque in medium producerem testimonia , quibus illa de re certiores evaderemus ; qui nempe Philosophum non effingere, sed cum eo me disputare, secundum spectatas & cognitas Eruditorum Lucubrationes professus eram ; neque enim aetate nostra Grotii, Vossii, Seldeni, Spenceri , Bocharti , Marshami , Huetii, Blanchini , sexcentumque labores Germanorum, quorum est innumerabilia ac pene infinita congerere , congestisque iterum iterumque adjicere, non admodum etiam Doctis ignotos arbitrari sinit aliqualis Seculi felicitas . Eorum quidem Systematibus haerendum penitus

nitus non duxi ; neque in eorum sententia umquam fui , qui Gentiles omnia ab Hebraeis mutuatos esse voluerunt ; ex iisdem tamen, exque vulgatissimis, qui reliqui adhuc sunt , Ethnicorum Libris , sat constare certo credidi , eos nobiscum in existentia principiorum illorum adserenda convenisse : nempe in Populorum Historiis fabulisque ipsis , quae vel antiquitate diversitateque sua nobis prima fronte minus videntur interesse , nexus adest rerum tamen maximarum ; scilicet idonea consensio de Originibus Nationum , deque eversis per eluvionem terris , de humano Genere varias in Regiones distracto , de Institutione Societatum ; quare aures voci Moysis claudentes; Populorum omnium clamori eas reserare coacti esse videantur . Unus Pfannerus in *Systemate Theologiae Gentilis purioris , qua quam propric ad ver.m Religionem Gentiles a:cesserint , per cuncta fere ejus Capita ex ipsis praecipue illorum Scriptis ostenditur* , tot ac tanta contexuit , tantamque congessit messem , ut nullam spicam visus sit ceteris reliquisse colligendam .

Balthassar Beck.rus, qui de Graecorum veterum atque Latinorum relate ad Daemonas doctrina fuse scripsit, relatis perpensisque Mortalium omnium , quot recenseri potuerunt , de Religione opinionibus , in

eo

eo convenisse convenireque adhuc Popu'os omnino omnes apertissime evincit, Numen ut crediderint credantque adhuc providentia donatum; Spiritus, ut ita loquar, sive Genios quoque existere, bonos quidem alios, alios vero malos; haud mori animas cum corporibus; supplicia impiis, praemium altera in vita piis superesse; hisque in principiis Barbaras politioribus cum Gentibus, cum integris corruptas, antiquissimis cum Populis inferioris aevi homines praesentesque consentire (Vid. Biblioth. Univers. Tom. XXI. pag. 126) Argumentum hoc exhausit tamen, aut certe fallimur, Edoardus Baro Herbertus de Cherbury in Libro *de Religione Gentilium*, ubi, Cap. XV, de caussis agens primordiisque cultus vetustissimi, eos veritatem eximiam verisimilibus, possibilibus, & falsis quidem temerasse fatetur opinionibus, atque fere depressisse; perindeque fecisse ac qui Aedificium in seipso solidum, ex tecti pondere propemodum obruerent; nihilotamen minus summa apud eosdem stetisse Capita: *esse Deum summum: coli debere: virtutem esse praecipuam cultus divini partem: resipiscendum esse a peccatis: dari denique praemium ac poenam, tum in hac vita, tum post hanc vitam*; *quorum*, inquit, *fides stetit in aeternumque stabit. Quantumvis enim supra eo-*

rum

rum basim sexcenti errores accumulentur, ex quinque tamen hisce columnis inter se nexis, ita fulcitur cultus divini ratio, ut moles quaecumque (uti in fornicato opere videre est) hisce superposita, haud labefactare, vel loco movere possit Aedificium. Haec igitur Providentiae divinae universalis castaeque Religionis sunt firmamenta illa, quae nullo defuere, vel deesse possunt Seculo, vel regionis unde etiam ea omnia, quae sub verborum involucris, fabularum mysteriis, Revelationum figmentis, somniorum interpretationibus, rituumque ambagibus promulgabant olim Sacerdotes, & in faciles declivi Populi animos inducebant, prorsus statuminabantur. Quam multa adfert vero ille ad ea confirmanda!

XXII.

Injurior videtur quidem Christianis Patribus Herbertus, qui Cap XIV. Gentilium sive Religiones, sive Leges, ad instituendum virtutibus, tum a vitiis continendum Populum, uberrima inter eos prostasse ait media. Rem vero Patres aliter atque se habebat depinxisse, hostes videlicet Ethnicorum acerrimos; probatioribus enim Religionis Ethnicae partibus silentio suppressis, ansam ex superstitionibus ritibusque nonnullis captasse, saeve invehendi in universos, nonnumquam etiam illos deriden-

dos propinandi ; dum inſana aliquorum Sacra ingenioſe pro more ſuo perſtringerent. Et quidem, ſubjicit, quae gallantes furenteſque, tamquam oeſtro perciti, vel ſpiritu aliquo divino correpti fecere Sacerdotes, ea omnia compluri maque alia, velut a lymphatis & exſternatis geſta, jure ac merito ſubſannavere Patres ; verum, quae circa mentem, virtutem, pietatem, fidem, ſpem, concordiam inter Gentiles recepta fuere, ſicco praeterierunt pede ; non quidem quod ea ignorarent, ſed quia Oratores violentiſſimi ea tantum adducerent, quae notam Adverſariis inurerent.

Haec ille quidem : quem non animadvertiſſe tamen conſtat, in eo Patrum plurimos fuiſſe, ut Ethnicos tot ac tanta ab Hebraeis mutuatos edocerent, & cum noſtris ſaniora eorum conveniſſe dogmata. Ut ut tamen de ceteris ſtatuendum eſſe videatur, certiſſimum tamen eſt, apertiſſima exſtare apud SS. Patres de futuro Seculo, poeniſque ac praemiis futurae vitae, Gentilium animo comprehenſis teſtimonia. Sic Minucius Felix in Octavio ; *Nec ignoro*, inquit, *pleroſque conſcientia meritorum nihil ſe eſſe poſt mortem magis optare, quam credere ; malunt enim exſtingui penitus quam ad ſupplicia reparari : quorum error augetur, & in ſeculo libertate remiſſa, & Dei patientia*

ma-

maxima, cujus quanto Judicium tardum, tanto magis justum est. Et tamen admonentur homines Doctissimorum Librorum & carminibus Poetarum, illius ignei fluminis, & de Stygia palude saepius ambientis ardoris, quae cruciatibus aeternis praeparata, & Daemonum indiciis, & de Oraculis Prophetarum cognita tradiderunt. Justinus Martyr in Cohortatione ad Graecos, haec de Platone scribit, atque Homero: Ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ σαφῶς καὶ φανερῶς, ἃ παρὰ τῶν προφητῶν περὶ κρίσεως μεμάθηκε, ταῦτα οὐχ ὥσπερ παρ' αὐτῶν μεμαθηκὼς, διὰ τὸ πρὸς Ἕλληνας δέος, ἀλλ' ὡς παρά τινος ὡς πλάττειν ἐδόκει, ἐν πολέμῳ ἀναιρεθέντος, καὶ δωδεκαταίου μέλλοντος θάπτεσθαι, καὶ ἐπὶ τῆς πυρᾶς κειμένου, ἀναβιώσαντός τε καὶ τὰ ἐκεῖ διηγουμένου ἀκηκοὼς, αὐταῖς λέξεσιν οὕτω γέγραφεν: &c. *In decimo autem* (de Republica) *quae Plato a Prophetis didicerat de Judicio, ea non tamquam ab illis accepta (metuebat enim Graecos,) sed ut ex quodam homine audita scribit, qui, ut ipsi fingere placet, in bello caesus ac duodecimo die sepeliendus & rogo impositus revixerat, & res illic visas narrabat.* Exscribit inde Philosophi narrationem inclytus Martyr, cui subjicit: ἐνταῦθά μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων οὐ μόνον τὸν περὶ κρίσεως παρὰ τῶν προφητῶν μεμαθηκέναι λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τῆς ἀπιστουμένης παρ' Ἕλλησιν ἀναστάσεως. *Videtur hic mihi*

Plato non solum de Judicio a Prophetis accepisse doctrinam, verum etiam de ea, quam Graeci non credunt, Resurrectione. In eo igitur solum distinguebantur Graeci a Prophetis, quod hi poenas non solum ac praemia futuri Seculi crederent, ut videbatur Justino, sed corporum etiam Restitutionem; illi ex opposito cetera fassi, de hac una dubitarent. Plura eandem in sententiam de Homero subdit Justinus; verum Origenem audiamus, ita Libro adversus Celsum VII. docte scribentem: *Post illa, quae de Deo disputavit Celsus, ubi Christianos calumniatur, interrogat quonam abituri simus, quam spem habeamus? Et quasi responsum dederimus, sic nos loquentes inducit: In terram aliam ista meliorem. Ad quae ait: Fecerunt veteres divini illi Viri de beata vita animabus beatis destinata etiam mentionem. Hanc vitam alii vocant Beatorum Insulas, alii Campum Elysium inde dictum, quod illic degentes ab hujus vitae malis soluti sint. Sic & Homerus:*

Sed te ad Elysium Campum & fines terrae
Immortales mittent, - - - - -
Ubi facillima vivendi ratio.

Plato quoque animam esse immortalem arbitratus, locum quo illa mittitur, terram aperte nominat. Ingens est spatium, inquit,

nos

nos vero in exigua ejus parte, a Phaside scilicet ad Columnas Herculis, tamquam formicae aut ranae circa paludem, circa mare habitamus: alii autem magno numero alia multa hujusmodi loca incolunt. Nam circa terram multae sunt cavitates diversae formae diversaeque magnitudinis, quo confluunt aquae, nubila, & aer. Sed terra illa pura in puro caelo posita est. Putat igitur Celsus (prosequitur Origenes) *nos, quae de alia meliore terra, istique longe antecellente dicimus, a quibusdam Veteribus, quos divinos existimat, ea mutuatos fuisse, & praesertim a Platone, qui in Phaedone de terra pura in puro caelo sita philosophatus est.* Μετὰ δὲ τὰ περὶ τοῦ θεοῦ, ἐν οἷς ἡμᾶς συκοφαντεῖ, πυνθάνεται ἡμῶν, ποῖ ἀπεῖναι μένομεν; καὶ τίνα ἐλπίδα ἔχομεν; καὶ, ὡς ἀποκριναμένων τίθησι δῆθεν ἡμετέρας φωνὰς οὕτως ἐχούσας, εἰς ἄλλην γῆν, ταύτης κρείττονα· καὶ πρὸς τῷ τὸ φύσιν, ἱστόρηται θείοις ἀνδράσι παλαιοῖς εὐδαιμόνων βίος ψυχαῖς εὐδαίμοσιν· ὠνόμασαν δὲ αὐτὴν οἱ μὲν μακάρων νήσους, οἱ δὲ Ἠλύσιον πεδίον, ἀπὸ τῆς λύσεως τῶν ἔνθεν κακῶν· ὥσπερ καὶ, Ὅμηρος,

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσι,
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ - - - -

Πλάτων δ' ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἡγούμενος. &c.

Consentit Tertullianus in Apologetico Cap. XLVII. scribens : *Itaque & ridemur Deum praedicantes judicaturum. Sic enim & Poetae & Philosophi Tribunal apud Inferos ponunt. Si Gehennam comminemur, quae est ignis arcani subterraneus ad poenam thesaurus, proinde dechacchinnamur. Sic enim & Pyriphlegeton apud mortuos amnis est. Et si Paradisum nominemus, locum divinae amoenitatis, recipiendis Sanctorum spiritibus destinatum, maceria quaedam igneae illius Zonae a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt.* Hoc utebantur argumento Patres omnes qui Christianam vindicabant olim Religionem, quam scilicet in maximis illis naturalis Juris principiis atque praeconceptis, cum opinione omnium ac communi quarumcumque regionum, atque totius humani Generis Religione convenire tuebantur ; quare & allegatus Justinus suis id urgebat in Apologiis. Praetereo Theophilum Antiochenum, ceterosque eximios veteres Scriptores, & agmen claudam idoneo magni Chrysostomi testimonio, ita adversus Gentiles, eorum ex principiis, exque constanti atque perpetua omnium consensione Gentium de futuro differentem Seculo : *Etsi enim tu Gentilis es, hanc tamen orationem nostram suscipies. Audis saepe Cocytos, & Pyriphlegetonas fluvios,*

vios, *&* *Stygis undam*, *&* *Tartarum tantum a terra distantem*, *quantum haec ipsa distat a caelo*. *Etsi enim haec*, *ut erant*, *narrare non potuerunt Graeci*, *utpote propriis moti ratiociniis*, *necnon Traditionibus nostrorum male acceptis*, *attamen imaginem quandam Judicii acceperunt*. *Itaque invenias & Poetas*, *& Philosophos*, *& Oratores*, *atque omne Scriptorum genus hac de re philosophantes*. *Audis autem & Elysium campum*, *& Beatorum Insulas*, *& prata*, *& myrtos*, *& auram tenuem*, *odoremque suavissimum* : *Choros item ibi commorantes*, *amictos stola candida*, *choreas agentes*, *atque hymnos quosdam concinentes* : *ac universim malis & bonis post obitum repositam pro meritis Retributionem*. εἰ γὰρ καὶ ἄπιστος σὺ καὶ Ἕλλην, ὅμως κἂν πόθεν παράδεξαι τὸν λόγον. ἀκούεις Κωκυτοὺς τινὰς, καὶ Πυριφλεγέθοντας ποταμοὺς, καὶ Στυγὸς ὕδωρ, καὶ Τάρταρον τοσοῦτον ἀπέχοντα τῆς γῆς, ὅσον αὐτὴ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πολλοὺς κολάσεων τρόπους. εἰ γὰρ καὶ μετὰ ἀληθείας, ὡς ἔχει, ταῦτα εἰπεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν Ἕλληνες ἅτε ἀπὸ λογισμῶν κινηθέντες, καὶ παρακουσμάτων τῶν παρὰ ἡμῖν &c. Haec ille Libro adversus Oppugnatores Vitae Monasticae II., rursus vero & aperte aeque Concione IV. de Lazaro : *Ne igitur putemus res nostras hujusce vitae termino circumscribi*, *sed credamus fore Judicium ac Remunerationem*

 om-

omnium, quaecumque hic a nobis geruntur. Nam id est adeo manifestum conspicuumque cunctis, ut & Judaei, & Gentiles, & Haeretici, breviter, omnis quisquis est homo super his consentiat. Quamquam enim, non quemadmodum decet, de Resurrectione philosophentur omnes, attamen de Judicio, deque poenis, deque Tribunalibus, quae illic sunt, omnes consentiunt, illic esse aliquam eorum, quae hic geruntur, Remuneratione. μὴ τοίνυν μέχρι τοῦ παρόντος βίου τὰ ἡμέτερα συγκλείεσθαι νομίζωμεν, ἀλλὰ πιστεύωμεν, ὅτι πάντως ἔσται κρίσις καὶ ἀνταπόδοσις τῶν ἐνταῦθα παρ' ἡμῶν γινομένων ἁπάντων· τοῦτο γὰρ οὕτως ἐστὶ σαφὲς καὶ ἐναργὲς πᾶσιν ὡς καὶ, Ἰουδαίους, καὶ Ἕλληνας, καὶ αἱρετικοὺς καὶ πάντα ὁντιναοῦν ἄνθρωπον ὑπὲρ τούτων ὁμογνωμονεῖν. &c Quibus omnibus ex testimoniis tria eliciuntur apertissime. Primum quidem, adversus Herbertum, SS. Patres silentio non suppressisse quae credebant Ethnici Juris Naturalis principia: alterum, quum omnibus omnino Gentibus, ubique & semper stetisset altamente repostum, hanc dari post vitam piis praemium, impiis ex opposito debita supplicia obvenire, aliquam iccirco nostri partem esse post fata reliquam ac superstitem; neminem itaque adeo desipere debere, ut tam necessarium Dogma Hebraeis olim ignotum velit, aut non satis animo comprehensum:

ſum : tertium denique, nos in Libris noſtris *de Principiorum Legis naturalis Traditione*, jure aliquo praeconceptam ſatis & Lectori & nobis arbitratos ejuſmodi Traditionem ; ſolumque de tenuitate intellectus & argumentorum ex Philoſophia petitorum, deque auctoritate & vi ratiocinii ejuſmodi ex Traditione atque conſenſione derivati pertractare debuiſſe. Et ſane, ſi neceſſitatem ſemel fatemur Traditionis ejuſmodi, Principiis Naturalis Juris vindicandis ; cur ejus de exiſtentia dubitabimus ; quum id ipſa rei neceſſitas poſtulare videatur ?

XXIII.

Duo tunc autem nobis videbantur demonſtranda (*) ; alterum quidem, tot ex momentis, quae Principiis illis aſſerendis vindicandiſque adferri ſolent, nullum, Philoſophico ſi placet etiam, imo Philoſophico ſolum Viro ; quia aliis credentibus ex fide

Pa-

(*) Clerc Tom. III. *Bibliothequ Univerſelle* : Ainſi l'on voit, ſelon M. Barroce, que ces deux veritez, la Tradition univerſelle d'une Divinité, & la penſée que tous les hommes ſont venus d'une même origine, ſe ſoutient l'une l'autre. Et a l'égard de la derniere, il y a encore diverſes Hiſtoires, & diverſes opinions, qui la confirment, quoiqu'il n'y en ait peut-être point qui l'appuye ſi puiſſament que la creance univerſelle dont on vient de parler. Il ne ſera pas neanmoins inutile d'en donner quelques exemples &c.

Parentum, ipse unus, omnium assequi consensionem potest, quidve ipsa sit ac valeat, probe aestimare; nullum, inquam, Sapienti Philosophicoque Viro demonstrativum atque peremptorium debere magis esse argumentum, eo, quod ex universi humani Generis consensione derivatum est; alterum vero, hanc ipsam humani Generis consensionem, suam quoque facile ostendere originem, non naturam solam videlicet, aut solam rationem humanamque ratiocinium; sed haec omnia divinae Revelationis luce recta, & certitudine auctoritatis confirmata. Equidem si de re sermo fuisset sat pervia & aperta, si de rebus cujus cohnatas haberemus ideas, sapere potuisse Populum libenter concessissem, desipuisse fortasse, uti moris aliquando est, Philosophos atque Sapientes. Ingenitae ideae tamen haud amplius post Lockium obtinere valent, atque eo pene habentur loco, quo ideae Seminales, per corpus universum, uti ajebant aliqui, sanguini impressae. Ut in re, qua de agimus, sistamus, demonstrationem immortalitatis animorum absolutam contexere, impervium adeo, adeo operosum est, ut Clericus ipse in Philosophia sua, & sublimiora nostri temporis ingenia, id humanae mentis vires prorsus excedere apertissima oratione fateantur;

tur (*) ; cum Seneca iccirco convenientes ; cujus ea ſunt Epiſtola CIII. *Juvabat de immortalitate animorum quaerere , imo credere* ; quibuſcum Ariſtotelaeum illud coire dicerem , quo nempe Philoſophus veram quam quaerebat Metaphyſicam , appellabat *Deſideratum ſuum* , τὴν ζητουμένην ; Theologiam videlicet , uti animadvertit Drejerus ; (Lib. III. P. 2.) nos malumus appellare Traditionem . Ad Religionem igitur , adque naturalem Revelationem , ipſum ad Deum rebamur confugiendum ; quod olim in-

(*) *Saint - Evremont Tom. I.* Croyez moi , Monſieur : une Ame qui eſt bien tranquillement dans ſon aſſiétte, n'eſt fort guére par la Lecture de Platon. Il n'appartient qu'à Dieu de faire des Martyrs, & de nous obliger par ſa parole a quitter la vie dont nous jouiſſons pour en trouver une que nous ne connoiſſons point. Vouloir ſe perſuader l'immortalité de l'Ame par la raiſon, c'eſt entrer en défiance de la parole que Dieu nous a donnée , & renoncer , en quelque façon , à la ſeule choſe, par qui nous pouvons en être aſſurés . Qu'a fait Deſcartes par ſa Demonſtration pretenduë d'une ſubſtance qui doit penſer éternellement ? Qu - at - il fait par des ſpeculations ſi épurées ? Il a fait croire que la Religion ne le perſuadoit pas , ſans pouvoir perſuader ni lui , ni les autres par ſes raiſons. Liſez, Monſieur, parlez, meditez, vous trouverez au bout de vôtre Lecture, de vos penſées, que c'eſt à la Religion de decider, & à la Raiſon de ſe ſouméttre.

innuebat Tertullianus, Libro de Anima ita ſcribens: *Certe nullum alium potiorem Animae demonſtratorem, quam Auctorem. A Deo diſcas, quod a Deo habeas, aut nec ab alio, ſi nec a Deo. Plane non negabimus aliquando Philoſophos juxta noſtra ſenſiſſe; teſtimonium eſt veritatis etiam inventus ipſius. Nonnumquam & in procella, confuſis veſtigiis caeli & freti, aliquis portus offenditur proſpero errore; nonnumquam & in tenebris aditus quidam & exitus deprehenduntur coeca felicitate; ſed & natura plera-*

que

Voltaire Lettre XIII Philoſophique: Si j'oſois parler aprés Monſieur Locke ſur un ſujet ſi delicat, je dirois que les hommes diſputent depuis longtems ſur la nature, & ſur l'immortalité de l'Ame. A l'égard de ſon immortalité, il eſt impoſſible de la démontrer, puiſqu'on diſpute encore ſur ſa nature, & qu'aſſurément il faut connoître à fond un etre créé, pour décider s'il eſt immortel, ou non. La raiſon humaine eſt ſi peu capable de démontrer par elle même l'immortalité de l'Ame, que la Religion a été obligée de nous la reveler.

Bibliotheque Raiſonnée. *Tom. I. Par. II. pag.* 247. L'Auteur de l'Eſſai Philoſophique ſur l'Ame des Bêtes répond à l'Objection que la ſpiritualité de l'Ame des Bêtes ruine les preuves de l'immortalité de l'Ame humaine. Sa réponſe eſt priſe de ce que la Revelation ſeule nous donne une certitude infaillible de l'immortalitè de nos Ames, & que les raiſonnemens tirez de ſa Spiritualité, ne prouvent tout au plus que la poſſibilité, & que la juſtice de cette eſperance.

que suggeruntur quasi de publico sensu, *quo animam Deus dotare dignatus est*. *Hunc nacta Philosophia ad gloriam propriae artis inflavit*, *prae studio* (*non mirum si ista dixerim*) *Eloquii*, *quidvis struere atque destruere eruditi*, *magisque dicendo persuadentis*, *quam docendo*. *Formas rebus imponit*, *easque nunc peraequat*, *nunc privat*, *de certis incerta praejudicat*, *provocat ad exempla*, *quasi comparanda omnia praescribit*, *propria aetatibus etiam inter se similia diversis*, *nihil divinae licentiae servat*, *Leges naturae opiniones suas facit*; *ferrem si naturalis ipsa*, *ut compos naturae de Conditionis consortio probaretur*. Ante pauca vero dixerat, Socratem moriturum, de perennitate animae plura quidem loquutum, sed *ad injuriae frustrationem*; illiusque Sapientiam *de industria venisse consultae aequanimitatis*, *non de fide compertae veritatis*. Hac porro posteriori de caussa non animae nos immortalitatem modo, sed cetera quoque altioris indaginis, naturalis videlicet Legis atque Societatis principia, attributorum Dei omnium cum origine mali, & cum praesenti rerum ordine nexum, omnia demum quae regendae vitae praeconcepta homini videntur; neque tamen a natura, aut ratione, aut Philosophia sat certo adstrui, explicari, tueri, comprehendi denique pos-

possunt, satius esse ab omnium consensione, a Religione ac Revelatione, ab universali Traditione repetenda duximus.

Equidem Batavus Excerptor, ubi de existentia Dei agit, ex effectibus, sive ex operibus creatis rem peremptorie confici posse ratus, non quam tuebamur modo Traditionem, sed & quodcumque aliud Atheis oppugnandis supervacaneum statuit argumentum; qua in re ad doctissimos nuperrimos Anglos confugiendum docet, qui revera de Theologia pertractantes naturali, cuicumque palmam praeripuisse jure ac merito visi sunt: quamvis non desint qui arbitrantur, bona fide errare eos qui ex intimis naturae Providentiam metiri satagunt, ceu mala onerantes laude Sapientiam nostra nimium excedentem cogitata, & arcanum captuque impervium consilium Numinis ex praeconceptorum arbitraria lege definire ausi. Verum, ne Anglum Anglis opponamus, nempe Burnetium, qui, in Theoria Telluris Sacra, non omnia, in praesenti rerum universitate atque oeconomia, adeo perfecta arbitrabatur, ut divina virtute digni effectus dici ea mererentur; parumque prospici Numinis Majestati docebat, dum quamlibet naturae formam degeneris licet corruptaeque, immediate a sanctissima divinae mentis idea ita eductam esse incaute affir-

affirmamus: fuisse iccirco sanctitatem quandam, aliamque perfectionem in primo rerum ordine, qui digitos Dei quasi tetigit, & effluxit proxime a cogitatione divina; quae quidem omnia non philosophicis, ut ipse conatur, ratiociniis, sed statui solum possent Traditione divina: Ne, inquam, opponamus haec, demusque Burnetium enthusiasmo laborasse; ast animadvertere debuisset Batavus Excerptor, non tantum Quaestionem de prima fuisse omnipotentissima, libera, atque infinita rerum omnium caussa, sed de Deo satius relate ad Societatem, de Deo Judice, atque Tribunalibus, de poenis atque praemiis, de malis non naturae, ut ajunt, sed culpae, ejusque origine, & nexu cum Dei attributis. Id Philosophorum mentes perpetuo torsit; non illud certe (*). Illum adversus nexum fereban-

(*) *Bibliotheque Angloise Tom. IV. pag.* 338. On ne sauroit énerver les preuves de l'Existence d'un Dieu, tirées des caractères de Sagesse, & de Puissance, que l'on remarque dans les diverses parties du Monde. J'ajoute qu'il y a bien de l'apparence que l'Atheïsme est principalement fondé sur la corruption & le desordre, qui regnent parmi les hommes. Si l'ordre moral répondoit à l'ordre naturel, il est fort probable qu'on ne verroit presque point d'Athées... La prosperité des Mechants ébranle souvent la Foi des personnes vertueuses par rapport à la Providence &c.

bantur tot Baelii concertationes; neque hodiernis omnibus Philosophis adridere potuerunt Leibnitiana, aut Wolfiana cogitata, quae magnas cierunt potius undique Quaestiones. Consequebamur igitur quod inde propugnatum a Buddeo legimus, Introductione in Philosophiam Hebraeorum pag. 34 scribente: *Quod haec Quaestio omni tempore Philosophorum torserit ingenia, vel ex Seneca constat, qui in Libro de Pro-* *vi-*

Bibliotheque Germanique Tom. XLIII. Reponse de *M. Beausobre &c. pag.* 117. Selon Lactance, Dieu veut qu'il y ait des maux. Ils sont aussi nécessaires au Monde que les Biens. Il veut que les maux combattent contre le bien, les vices contre les vertus. Il veut avoir des Coupables à punir, des Bons a récompenser. Tel est, selon Lactance, le plan de Dieu. Cependant il ne veut pas faire les maux, cela est contraire a sa nature. Que fait-il donc? Il crée un instrument propre à cette fin, & lui donne les talens nécessaires pour cela. Tel est le Systeme de Lactance. Il paroît dur, les conséquences en sont terribles; mais au fond tous les tours & tous les détours que les Théologiens & les Philosophes imaginent pour justifier la Providence d'être la cause des maux; Libre arbitre, permission Divine, Arrangemens de Decrets, tout cela ne sont que des legers palliatifs. Dieu ne permet rien que ce qu'il veut permettre, il ne veut permettre que ce qu'il veut bien qui arrive, & ce qui arrivera infailliblement en vertu de sa volonté de permission, entre dans son plan, soit dans la Création, ou dans le Gouvernement du Monde.

videntia, sive quare bonis Viris mala accidant, cum sit providentia, eandem sibi pertractandam sum sit. Sed ex sola ratione, seposita Traditione, vix feliciter expediri possit.

XXIV.

Quandoquidem igitur infinita prope Veterum monumenta periisse satis constat, quorum vel pars si nobis hodierno superest die, nullus fortasse conjectationibus daretur locus: sed face illa exstincta, per nubes, per tenebras saepe iter facimus; felix autem ille ac beatus denique habetur, qui parum lucis nactus, si non omnem, aliquantulum viae tamen potest monstrare, heinc divinam allegatorum principiorum originem recte ostendere nobis videbamur hocce posse ratiocinio. Tempore Imperii Graecorum videlicet, & ante reparationem Orbis in futuro adstruendo Seculo, conveniebant cum Judaeis Graeci, Romani, ceterae, de quibus notitiam habemus aliquam, Nationes. Hae vero undenam opinionem illam, obsecro, hauserunt? In Hellade ortam statim diceret Graeculus mendax; Disciplinarum siquidem inventionem sibi Graeci semper tribuerunt, qui ullius laudis inventae laudem aliis concedi Gentibus numquam sunt passi: at iidem tamen in Aegyptum, Indiam, aliasque peregrinari solebant Regiones, unde

artes ſcientiaſque plurimum hauriebant, quas in Europam deinde evulgabant, atque a ſe inventas jactitabant. Fuit haec ſemper humanarum natura rerum, ut apud poſteritatem Inventores audirent, qui eas iterum in lucem modo revocabant Ex Libro Buddei, cui titulus, *Spinoſiſmus ante Spinoſam*, evidens certe eſt, hujuſmodi hominem nonniſi retractaſſe philoſophicum Atheiſmum. Vitikius in *Antiſpinoſa*, celebreſque alii Viri, Ariſtotelem Spinoſae Syſtema prope docuiſſe pluribus evincunt. Philoſophiae experimentalis Princeps Verulamius Nevvtono praeluſit in vi corpora, ut ajunt, attrahente excogitanda. Chriſtophori Sandii mentem ſequutus eſt Burnetius; Platonicas veluti Ideas Carteſiani extulerunt; & Auguſtini ratiocinia ſibi propria fecere Carteſius, Lockius, Malebranchius. Noviſſimum Syſtema Pluſcii praeformatum a Sennerto videmus. Quam, obſecro, conveniunt cum Chryſippo Leibnitius ac Wolfius in malorum origine enarranda! ſi non in Conditoris conſilio; in nexu tamen incommodorum cum perfectione naturaque totius, quibuſcum neceſſariam per adfinitatem ea cohaerere debuiſſe Graecus contendebat Philoſophus, Gellio ſi fides, Libro Noctium Atticarum IV. (*) Recentiſſima vi-

(*) *Nouvelle* Biblioth. *Germanique Tom. I.*

videbatur denique illa Cartesianorum opinio, qua Bruta nonnisi automata esse dicebantur; & tamen Plutarchus idem olim jam ab aliquibus prope excogitatum tradidit ubi de solertia agit Animalium, scribens: *Ceterum qui etiam stolidius his de rebus loquentes, neque delectari, neque irasci, neque metuere animalia ajunt, neque parare se Lusciniam, neque recordari Apem, sed quasi parare se hirundinem, ac veluti irasci Leonem, & tamquam metuere sibi Cervum: nescio quid responsuri sint iis, qui animalia etiam non videre, non audire, non vocem emittere, sed quasi videre, quasi audire,*

 dire,

Par. II. *pag.* 335. La formidable Objection de Dieu Autheur du Peché est un épouvantail, dont on se sert presque avec succès égal contre tous les Systêmes, & que la Prescience seule de Dieu rend insoluble. Monsieur de Crousaz qui la renouvelle, & qui la pousse avec vigueur contre le Leibnitianisme, seroit peut-être bien surpris, si on lui prouvoit que le Leibnitianisme est le seul Systême, qui amortisse ce terrible coup, en faisant voir que Dieu a preferé le meilleur de tous les plans possibles, & que dans ce meilleur plan l'existence du mal se trouvoit néanmoins engagée d'une maniére inextricable. Il faloit donc ou ne pas creér l'Univers avec les maux qui s'y trouvent. Or des raisons suffisantes follicitoient l'existence du Monde, & par-là même celle du mal, qui s'y trouvé mêlé. Pour moi j'avoue que cette solution me paroît seule, qui mette à converte toutes les perfections de Dieu,

dire, quasi vocem edere, denique omnino non vivere, sed dumtaxat quasi vivere dicerent; nam, ut ego sentio, haec non magis evidentiae, quam isti repugnant οἱ δὲ περὶ τούτων ἀβελτέρως λέγοντες, μήτε ἥδεσθαι, μήτε θυμοῦσθαι, μήτε φοβεῖσθαι, μήτε παρασκευάζεσθαι τὴν ἀηδόνα, μήτε μνημονεύειν τὴν μέλιτταν, καὶ, ὡσανεὶ θυμοῦσθαι τὸν λέοντα, καὶ, ὡσανεὶ φοβεῖσθαι τὴν ἔλαφον, οὐκ οἶδα τί χρήσονται τοῖς λέγουσι μηδὲ βλέπειν, μηδὲ ἀκούειν, ἀλλ' ὡσανεὶ βλέπειν αὐτὰ, καὶ, ὡσανεὶ ἀκούειν, &c. Quum igitur falsum sit, omnia Graecae originis esse, ipsique Graeci ab aliis quae tradiderunt acceperint; neque verisimile sit, Nationes hostiles, invicem invisas, longe dissitas, nulloque foedere ac commercio sociatas, ea, quae domi non erant nata, ab aliis aure patula, & communi adeo consensione accepisse; quum immortalitatem animi demonstrare Philosophia non posse videatur, quae videlicet olim, perpetuo, hodieque de natura ejus disputare pergit; consequens jure ac merito esse credebamus, a vetustiori Traditione hausta illa principia atque derivata denique fuisse; omnesque Gentes, quas speciales ac proprias credebant Traditiones ac suorum Scita Patrum in monumentis quae perierunt oppido sequutas; tamen etsi id illae ignorassent, nil aliud fassas fuisse tamen, nisi quod a prima, anti-

tiquissima, primisque tradita Patribus erat doctrina revelatum. Ut enim Judaei non a Barbaris aut Graecis, (*) sed a suis accepere Patribus futuri Dogma Seculi, ita

 Grae-

(*) Pluche. *Histoire du Ciel où l'on recherche l'Origine de l'Idolatrie &c.* Ni les Hebreux n'ont reçu des Payens, ni les Payens n'ont pris des Hebreux les coûtumes qui leur sont communes: mais les uns & les autres se ressemblent en quelques points, parce qu'ils ont conservé plusieurs usages innocens qui leur venoient de la plus haute antiquité, & de la famille de Noé, de laquelle les uns & les autres sont sortis. Moïse a fixé & prescrit tout l'ordre des Sacrifices. Il defend en détail telle & telle pratiques, parce que c'etoient autant de superstitions & d'abominations usitées parmi les peuples voisins. Il interdit févérement une coûtume alors universelle & très-innocente en elle-même, qui étoit d'aller adorer, même le vrai Dieu, sur les lieux élevés; pour couper pied par cette précaution à tout culte arbitraire, & à toute superstition, & aux fêtes licentieuses qui s'étoient introduites & multipliées par tout. Mais le fond des cérémonies qu'il régla sur les besoins du Peuple Hébreu n'étoit pas nouveau, & ce n'est point du tout la Religion des Egyptiens qui lui servit de modéle. Nous voyons Noé au sortir de l'Arche offrir un sacrifice de reconnoissance, suivant l'usage qu'il avoit sans doute vû pratiquer dès avant le déluge, & qui remonte jusqu'aux sacrifices d'Abel. Nous voïons les Patriarches longtems avant Moïse, & hors de l'Egypte, enterrer leurs morts d'une façon honorable. Jacob long-tems avant Moïse, & sans avoir connoiſ-

Graeci Romanique ac Gentes ceterae non ab Hebraeis, sed ab Avis Atavisque suis, & hi a Gentis Conditoribus priora haec & uni-

sance des usages de l'Egypte, témoigne sa reconnoissance d'une Révélation, dont Dieu l'a favorisé, en posant une pierre sur le lieu où elle lui avoit été faite, & en versant l'huile sur cette pierre: espéce de consecration qu'il ne s'avisa point d'imaginer sur le champ; mais que la pieté pratiquoit communément dans les endroits où l'on avoit reçu quelque grace singuliére. Ainsi la priére publique, les offrandes, les consecrations, les libations, les sacrifices, le repas commun, le chant, les honneurs rendus aux morts, & d'autres pratiques dont nous aurons lieu de parler dans la suite, se trouvent parmi les Hébreux avant Moïse, & chez des Peuples qui n'ont jamais entendu parler de lui, parce qu'elle proviennent sensiblement des Peres communs du genre humain: & bien loin que cette conformité d'usages favorise en rien l'inclination assez marquée du Chavalier Martham à ébranler les fondemens de la Révélation; elle ne fait que mieux apperçevoir la fausseté des raisonnemens formés par l'irreligion. Elle prouve à tous les cœurs droits l'excélence de l'Ecriture-Sainte qui nous raméne sans aprêt à la vraïe origine de toutes choses, en nous montrant dans la réünion de toutes les Nations en une seule famille primitive, la raison véritable de la ressemblance de leurs pratiques de Religion, malgré la jalousie mutuelle qui se trouve entr'elles quand elles sont voisines, & malgré l'ignorance où elles sont les unes de ce qui se passe chez les autres, quand elles sont eloignées.

universalia derivarunt vitae principia atque fundamenta. Error Eruditorum praeteriti erat Seculi, ut quacumque in Natione stricturas viderent Mosaicae Doctrinae; Systema probe Patrum imitatos se credentium, quod sibi idoneum illi adversus Ethnicos ducebant, dum de majori antiquitate dissidentium Religionum ageretur. Sequuti inde sunt praestantiores cum Spencero ac Marshamo Viri, qui Hebraeos potius plurima ab Aegyptiis ceterisque mutuatos Gentibus contenderunt. Verum, uti ex malis moribus Leges bonae proficisci solent, ita ex cognitis erroribus verae aliquando opiniones: Majori iccirco ab Antiquitate auspicandum duximus, a Praeceptoribus Hebraeorum una ac vetustissimorum Gentilium, a Populorum Conditoribus, a Patriarchis, abque Mortalium Protoparente, cujus doctrinam, quod ad substantiam saltem spectat, suos inter plangores Aegyptii, suasque inter choreas Graeci, incondito strepitu suo Barbari, bellis suis & artibus Romani, suis fabulis recens detecti, & qui neque cum Hebraeis, neque cum Graecis commercia habuerunt Africani atque Indi Occidentales (*); suis denique veluti erro-

 ribus

(*) Bibliotheque *Angloise*, *pag.* 462. On nous dit encore que les Malabares ont beaucoup d'esprit & de bon sens, & qu'on ne sauroit les

ribus Philosophi ad seriora usque adservarunt tempora.

XXV.

Jam vero si de auctoritate argumenti ex omnium universalissimaque consensione derivati sermonem habemus, non Recentiores aliquos sequuti sumus, aut de trivio Philosophos. Lucilius apud Tullium Libro de Natura Deorum II. ostensurus esse reipsa do-

convaincre de leurs erreurs que par des bonnes raisons. Les principes de leur Religion sont très bien liez ensemble. Ces Idolâtres sont plus fortement persuadez d'une vie à venir, que les Chrétiens de ce Païs là, qui vivent comme s'ils étoient Athées. Ils ont plusieurs Livres qu'ils croient être divinement inspirez, comme nous croïons que Dieu est l'Auteur de l'Ecriture Sainte. Ces Livres sont remplis de Fables divertissantes, & d'inventions ingenieuses touchant leurs Dieux; on y voit aussi plusieurs jolies Histoires, qui regardent le monde à venir. Un Docteur Malabare dis que les Images étoient utiles aux Ignorants, pour les conduire à la contemplation d'une vie à venir.

Bibliotheque Angloise, *Tom. V. pag.* 226. Un Brachmane demanda au Missionaire s'il condamnoit tous les Articles de la Religion des Malabares. Non, répondit le Missionaire; car vous croïez, aussi bien que nous, l'existence d'un Etre Suprême, l'immortalité de l'Ame, la certitude des recompenses & des peines après cette vie, la difference qu'il y a entre la vertu & le vice, & que les hommes doivent faire le bien, & éviter le mal.

dominatorem rerum, patrem divumque hominumque, praesentem ac praepotentem Deum; *quod*, inquit, *nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum Seculis aetatibusque hominum inveterare potuisset. Etenim videmus, ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse; opinionum enim commenta delet dies: naturae Judicia confirmat*. Libro vero Quaestionum Tusculanarum I. ubi animorum de perennitate dicendum statuit, ab omnium consensione Populorum auspicatus est, Platonis momenta in Timaeo sequutus, qui de rebus futurum ad Seculum spectantibus credendum esse priscis Viris docuit, qui Diis geniti, ut ipsi de se dicebant, Parentes suos optime noverant, & domesticis veluti de rebus loquebantur. Itaque ita consequitur Orator: *Ut porro firmissimum hoc afferri videtur, cur Deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio: multi de Diis prava sentiunt: id enim vitioso more effici solet: omnes tamen esse vim & naturam divinam arbitrantur. Nec vero id collocutio hominum aut consensus efficit: non institutis opinio est confirmata, non legibus. Omni autem in re con-*

sensio omnium Gentium lex naturae putanda est . . . . Quod si omnium consensus naturae vox est ; omnesque qui ubique sunt , consentiunt esse aliquid , quod ad eos pertineat , qui vita cesserint : nobis quoque idem existimandum est . Eadem autem ratione qua Plato , eadem qua Cicero , argumentatur etiam Seneca Libro de Beneficiis IV. scribens : *Hoc qui dicit* (non esse nempe Deos) *non exaudit precantium voces , & undique sublatis in caelum manibus vota facientium privata ac publica . Quod profecto non fieret , nec in hunc furorem omnes mortales consensissent , alloquendi surda Numina & inefficaces Deos : nisi nossent illorum beneficia nunc ultro oblata , nunc orantibus data* . Et Epistola CXVII. inquit : *Cum de animorum immortalitate disserimus , non leve momentum apud nos habet consensus hominum , aut timentium Inferos , aut colentium* . Denique Caecilius Epicureus apud Minucium Felicem in Octavio : *Itaque* , inquiebat , *cum omnium Gentium de Diis immortalibus , quamvis incerta sit vel ratio , vel origo , maneat tamen firma consensio , neminem fere tanta audacia , tamque irreligiosa nescio qua prudentia tumescentem , qui hanc Religionem tam vetustam , tam utilem , tam salubrem dissolvere , aut infirmare nitatur* . Si non leve id momentum erat aqud Lactan-

ctantium non dicam aut alterum ex nostris; sed neque apud Tullium, Senecam, Platonem; cur leve debet esse momentum apud Baelium aut Spinosam? (*) Johannes Christo...

(*) Rollin Tom. IV. Histoire Romaine. Reflexion *sur les Voeux*: La coutume de faire des voeux n'étoit point particuliere. Elle est de toutes les Nations, & de tous les tems, & vient par consequent de la Revelation. Car un usage universel est une preuve manifeste, qu'une Tradition genérale vient de la primiere famille d'où sont sortis tous les hommes. Et ce ne sont pas seulement les Etats, & les Republiques, mais les particuliers, qui de tout tems sont en possession de faire des voeux à Dieu pour en obtenir leurs besoins même temporels. A ne consulter que les lumieres de la Raison humaine, on pouvoit peût-être croire que ce n'est pas traiter assez respectuesement la Divinité, que de l'abaisser à des petits details, tel que le soin de nous fournir les choses necessaires pour la vie; ou de stipuler avec elle, que si elle veut se charger de ce soin, nous remplirons de nôtre coté certains devoirs, aux quels nous ne nous obligeons qu'à cette condition. Mais l'on se tromperoit, si l'on jugeoit ainsi des Voeux. Dieu a voulu, par ce moïen, conserver dans l'Esprit de tous les Peuples une idée claire de sa Providence, du soin qu'il prend de tous les hommes en particulier, de la souveraine autorité qu'il conserve sur tous les évenemens de leur vie, & de la pleine liberté où il est de faire servir la nature, & toutes les choses à ses volontés, & à l'attention qu'il a sur ceux qui l'invoquent, & ont recours à lui dans leurs besoins. Les

ſtophorus Koecherus in Notis & Animadverſionibus ad Librum de Veritate Chriſtianae Religionis a Grotio conſcriptum, egregie magnum hunc Virum adverſus Pelarovium vindicat, qui eum univerſali illa conſenſione ceu idoneo uſum damnaverat argumento. Porro, uti verae Hiſtoriae indicium eſt, ſi eiſdem de rebus eadem omnes dicant atque conſentiant; ita veritatis, futurae puta vitae, illa ipſa omnium conſenſio certiſſimum indicium eſſe poteſt; ut enim quacumque fere in re conſenſus eſt veritatis, ita diſſenſio erroris atque mendacii luculentiſſimum argumentum eſt; natura quippe ſua varia ſunt, neque ſibi mutuo cohaerent, quae ad libidinem excogitantur; quumque in animis hominum tantae latebrae ſint tantique receſſus; quum rebus pene omnibus inſit quidam veluti orbis, (*) ut quemadmodum tem-

Payens ont reconnu cette verité. Seneque, en refutant Epicure qui prétendoit que la Divinité ne ſe meloit en aucune ſorte des affaires des hommes, emploie contre lui comme un argument invincible l'opinion commune & l'uſage univerſel du Genre humain ſur ce point.

(*) *Voltaire*, *Eſſay ſur la Poeſie Epique*: Il n'en eſt point des Arts, & ſur-tout de ceux qui dépendent de l'immagination, comme des Ouvrages de la Nature: nous pouvons definir les Métaux, les Minéraux, les Elémens, les Animaux, parceque leur nature eſt toujours là

temporum vices, ita opiniones vertantur; ita aliquid natura majus sit oportet; quod tot jam seculis nondum mutavit sententiam suam; quum homines certe, quod eorum est, nihil sinant esse diuturnum ....

Aristoteles reipsa, in Libris Topicorum, quae fide digna censet hunc in ordinem digerit. Quod, inquit, paucis, Sapientioribus tamen, verum adparet, aliqua profecto gaudet probabilitate; majori tamen, quod apud omnes fere Sapientes verum dicitur ac audit. Denique quod cum ve-

même; mais presque tous les Ourages des hommes changent ainsi que l'immagination qui les produit. Les Coutumes, les Langues, le goût des Peuples les plus voisins, different. Que dis-je? la même Nation n'est plus reconnoissable au bout de trois ou quatre Siécles. Dans les Arts qui dépendent purement de l'Immagination, il y a autant de revolutions que dans les Etats: ils changent en mille maniéres dans le tems même qu'on cherche à les fixer.

Saint Evremont Tom. III. Nous envisageons la Nature autrement que les Anciens ne l'ont regardée. Les Cieux, cette demeure éternelle de tant de Divinités, ne sont plus qu'un Espace immense & fluide. Le même Soleil nous luit encore; mais nous lui donnons un autre tours: au lieu de s'aller coucher dans la mer, il va eclairer un autre Monde. La terre immobile autrefois, dans l'opinion des hommes, tourne aujourdhui dans la nôtre, & rien n'est égal a la rapidité de son mouvement. Tout est changé.

veritate consonare tum Sapientes, tum ceteri etiam omnes perpetua constantique consensione fatentur, id oppido verissimum sit oportet, tametsi aliquis fortasse, aut mentis imbecillitate, aut praeconceptis opinionibus, aut sophismatibus actus illa de re dubitare videatur; ceu qui esse in rerum natura motum inficiati sunt, aut duo, ut ajunt, contradictoria simul esse vera posse docuerunt. Quam enim evidentia, quam demonstrativa sint oportet eorum argumenta, qui adversus universalis sententiae impetum niti satagunt ac contendunt! Jam vero ejusmodi certe quum eorum, equidem paucorum, momenta non sint, qui animos post mortem superesse noluerunt; opposita opinio veritati quammaxime accedat opus est; neque enim aliquorum morari operae pretium duximus ineptias Itineratorum, quorum Lucubratiunculae quid aliud quaeso sunt, quam rerum non factarum Historiae? Vel ab Homero ad nostra usque tempora, si Graecos tantum, Romanos, atque Europaeos in re, qua de agimus, consensisse fateamur, idoneum habemus, & quod Philosophum flectere deberet, Populorum testimonium.

XXVI.

Verum de Hebraeis ante Captivitatem agimus in praesentia; neque quid Graeci, Ro-

Romani, aut Europaei senserint quaerunt doctissimi Excerptores Florentini; satius vero, qua ostendi ratione possit, in ea versatos fuisse sententia vetustissimos Mortalium, antediluvianos praesertim homines, primum denique omnium Parentem; quare inde divinam principiorum illorum originem suspicari valeamus. Equidem multa Herbertus atque Pfannerus eam in rem congessere, sed nonnisi ex Graecorum Romanorumque Scriptis derivata: multa Grotius, Spencerus, Marshamus, multa alii pene infiniti, sed eisdem solum praesidiis fulti. De Vita functorum statu plura habemus Syntagmata, ex Graecorum atque Rabbinorum tamen testimoniis concinnata; de quibus nullus certe dubitandi locus. De Assyriis igitur, deque vetustissimis Aegyptiis, antiquiorum de mente Populorum certius aliquid videretur statuendum.

Quandoquidem vero antemosaica in praesentiarum desiderantur monumenta, objecto occurramus necesse est idoneis principiis atque ratiocinio. (*) Tullius in Dialogo de Par-

(*) Clerc Tom. III. *Bibliotheque Universelle*, *pag.* 315. *& seq.* Si l'on dit, que la connoissance de l'existence de Dieu est venue aux hommes d'une ancienne Tradition, ce qui, selon M. Barrow, paroit en effet plus vrai-semblable, il faudra chercher de qui cette Tradition nous est ve-

Partitione Oratoria, *Quoniam igitur*, inquit, *omne quod in controversiam venit, id ut sit, nec ne sit, aut quid sit, aut quale sit, quaeritur: in primo conjectura valet, in altero definitio, in tertio ratio*. Deinde conjecturae locos ubi recenset, quam inve-

---

nuë, & qui a été la commun Maitre de tout le Genre humain. On sait bien les noms de ceux qui ont formé quelque Secte, ou qui ont engagé quelques Peuples dans des certaines opinions, mais on ne trouve ni le nom de celui que l'on pretend avoir inventé cette Doctrine, ni le lieu, ni le temps, au quel il a vêçu, ni la maniere dont elle s'est introduite & repandue parmi les hommes. C'est ce qui nous fait croire que les Auteurs de cette Tradition sont nos premiers Parens, qui, comme ils ne pouvoient pas ignorer leur origine, devoient sans doute apprendre cette verité à leurs Enfans. Il est aisé de concevoir que c'est ansi que tous les hommes l'ont apprise. Cette pensée, dit Mr. Rarrow, nous conduit à une autre qui est de tres grande importance dans le sujet dont il s'agit; c'est que tout le Genre humain est descendu d'un seul homme, ou au moins d'un trespetit nombre de personnes qui se trouvoient ensemble, d'ou il paroit premierement que les generations des hommes ont un commencement; & en second lieu que l'on ne peut rejetter la Doctrine de l'existence d'un Dieu, comme un fiction de Politiques . . . Qu'on nous dise qui a appris aux premiers hommes qu'il y a un Dieu, & comment ils se sont mis dans l'Esprit qu'ils tiroient leur existence de lui, si celui qui les a

verisimilibus & in propriis rerum notis totam positam esse contendit, inter verisimilia & proprias rerum notas, vestigia facti hisce verbis enumerat: *Est etiam genus argumentum aliud, quod ex facti vestigiis sumitur*: quae etiam *tacita* appellat rei, qua de quaeritur, *testimonia*. Itaque quum & illustrium Criticorum qui Florentiae scrip-

 se-

formez ne s'est pas fait connoître à eux d'une maniere sensible, & ne leur a pas appris que c'etoit à lui qu'ils devoient leur existence? En un mot, puisque c'est ce pu'ils ont enseigné à leur Posterité, que nous n'avons aucun raison de refuser de les croire, & que nous ne saurions imaginer des temoins plus dignes de foi, ni des gens qui nous puissent mieux instruire de leur origine qu'eux mêmes, nous ne saurions rejetter raisonnablement une Tradition qui nous est venuë d'eux. C'est un raisonnement que l'on trouve tout entier en Platon &c. . . . . . C'est sans doute par une ancienne Tradition, que l'on ne peut rapporter nont plns qu'aux premiers hommes, qne la pluspart des Païens ont creû; que tout le Genre humain tiroit son origine des mêmes Parens, qui avoient reçu l'être de la Divinité & la ressemblance de la quelle ils avoient été formez.

Finxit ad effigiem moderantum cuncta Deorum.

Que l'ame est immortelle, qu'il y a des recompenses & des peines après cette vie, selon que l'on a bien ou mal veçu, qu'il y a des lieux, où les gens de bien sont heureux, & d'autres où les mechans souffrent aprés la mort. On ne peut

ferunt fententia, vel in craffiori Idololatria, veftigia quaedam reliqua adhuc fint primaevae Traditionis atque Revelationis, cur in dubitationem revocabimus fueritne, aut non fuerit olim illa, quum ejufmodi in veftigiis verifimilem adeo exiftentiae illius notam habeamus? Tenue fat quidem ab Adverfariis appellatur hoc veftigiorum genus, quod utrum conceflerim ignoro. In re certe, qua de agimus, non adeo tenue apud Ethnicos Traditionis veteris veftigium fuiffe reliquum teftatur infignis Batavus Johannes Coccejus, cujus haec in Genefis Caput V. funt verba: *Hanc*

---

pas dire, que ce font les Philofophes qui ont decouvert par le raifonnement ces veritez, & qui en ont perfuadé tout le monde. Les raifons des Philofophes fur ce fujet font trop fubtiles & trop fines, pour etre de la portée de tous les hommes: Il faut neceffairement que ce foit la Tradition, qui ait appris aux hommes ces veritez..... C'eft encore de la même fource qu' eft venuë une opinion extremement repanduë parmis les Païens, c'eft qu'au commencement les hommes avoient joui d'une felicité qu'ils perdirent par leur propre faute, & que cette faute eft l'origine de tous les maux aux quels leur Pofterité a été exposée. On fait ce qu'ont dit les Poetes de l'age d'or, & de la Boëte de Pandore. C'eft auffi de là qu'eft née l'opinion de la preexiftence des ames &c. ..... Il y a encore plufieurs autres Hiftoires concernant les hommes, les quels s'accommodent fort bien avec la Sacrée, comme ce que difent les Poetes de la

Hanc cognitionem animae noſtrae in natura ipſa fundatam, & per Scripturae inſtitutionem ſuggeſtam porro continuat Verbi Divini auctoritas, deinde etiam opera illa, quibus probatur eſſe aliam manſionem hominum ultra hanc terram. Et fuiſſe olim etiam hanc fidem πατροπαράδοτον, liquet ex iis, quae apud Gentes de animae permanſione in ᾅδῃ, in Campis Elyſiis, in Beatorum Inſulis, & ſuſceptione earum in Caelum fabulis veſtita & interpolata feruntur. Ut obſcuriora tamen aliquorum fuerint Capitum reliqua ve-

---

longue vie des premiers hommes, de la Coruption generale de tout le Genre humain, & du Deluge envoïé pour le punir. On a auſſi dit bien des choſes de la Divinité & du culte qu'on lui doit rendre, qui ſemblent etre venuës de la même ſource, à quoi on pourroit ajouter diverſes coûtumes repandus autrefois preſque par tout le Monde, comme celle de conter par dixaines, de diviſer le temps par ſemaines, de commencer à conter par la nuit, comme ayant eté avant le jour. Outre cela les hommes preſque toujours & dans toute la terre ont été d'accord ſur les principaux chefs de la Morale. Il eſt vrai que la raiſon les peut enſeigner à ceux qui la conſultent, mais la pluſpart n'etoit pas aſſez bien diſpousé pour écouter tranquillement la voix de la ſeul raiſon, & pour impoſer ſilence au bruit des paſſions, qui nous empêche de l'entendre, ſi cette voix n'avoit été ſoutenuë d'une voix plus claire & plus forte, ſavoir celle de la Tradition &c.

ſtigia, noſtrum haud evertitur tamen penitus argumentum; ſcilicet, in tali tantaque temporum elongatione quî fieri aliter poterat? Quemadmodum enim arbores, dum tenellae ſunt, baccas ac poma fundunt, pauca quidem illa, ſed grandia robuſtaque, ſaepe tamen caduca ac decidua: dum conſtantis vero ſunt aetatis, & plurima & praeſtantiſſima: quum rurſus conſenuerint, vieta & inſipida ferunt, & quotannis deteriora, quoad truncus etiam ipſe & radix marcida ſenio prorſus evaneſcit; & quemadmodum quaecumque Dialectus robuſtos primum ac duros Oratores, & horridiuſcula parere ſolet verba: mox tamquam in bona ſua aetate, quicquid illud eſt quod haberi poteſt molle, facetum, dulce, elegans, purum & ornatum effert: ſenium exinde ſequitur, ſtatimque vieti fructus, frivola verba, translationes ineptae, pueriliſ quaſi balbuties, & ſemibarbarus ſermo conſpicitur: aliqua ad extremum barbararum colluvies Gentium, tamquam hyemis procella, Boreaeque crudelior flatus irruens, ſtirpem utramque & radicem, & totum truncum evertit; ita divina illa ſcita, ſive generaliſſima Juris naturalis principia, & vetuſtiſſimorum opiniones hominum, & fortia facta, quibus prima aetas nobilitata eſt, non lignis aut ceris primum impreſſa, ſed me-

mo-

moriae Juventutis & cantantium ori commendata, (*) Hebraeorum quidem Literis serius celebrata fuerunt; verum auctis in immensum opinionibus hominum, & idololatricis Religionibus foedata illa & inserta, turpissimorum denique eluvione morum corrupta, debile vix sui sera in posteritate vestigium adservare potuerunt.

Ceterum suo stetit Tullius Canoni, neque inane aut vagum esse effatum quod pro-

 nun-

(*) *Voltaire, Essay sur la Poesie Epique*: Quand Homére composa l'Iliade les Grecs n'avoient que des Poëtes pour Historiens & pour Theologiens, ce ne fut même que quatre cens ans aprés Hesiode, & Homére, qu'on se réduisit à écrire l'Histoire en Prose. Cet usage qui paparoîtra bien ridicule à beaucoup de Lecteurs, étoit tres-raisonnable. Un Livre dans ce tems-là étoit une chose aussi rare, qu'un bon Livre l'est aujourdhui: loin de donner au Public l'Histoire in-folio de chaque Village, comme on fait à present, on ne transmettoit à la Posterité que les grands événemens qui devoient l'interesser. Le culte des Dieux & l'Histoire des grands Hommes étoient les seuls sujets de ce petit nombre d'Ecrits: on les composa long-tems en Vers chez les Egyptiens, & chez les Grecs, parce qu'ils étoient destinés à être retenus par cœur, & à être chantés: telle étoit la coutume de ces Peuples si différens de nous. Il n'y eut jusqu'à Hérodote d'autre Histoire parmi eux qu'en Vers, & ils n'eurent en aucun tems de Poësie sans Musique.

nunciavit, ostendit ipse Libro Tusculanarum Disputationum IV. originem ostendere dum pergeret Romani Juris, Legumque in Urbem rerum dominam e Graecia translatarum. *Hoc autem loco*, inquit, *consideranti mibi studia doctrinae, multa sane occurrunt, cur ea quoque arcessita aliunde, neque solum expetita, sed etiam conservata & culta videantur; erat enim illis* (veteribus Romanis) *pene in conspectu praestanti sapientia & nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit, praeclarus auctor nobilitatis tuae. Pythagorae autem doctrina cum longe lateque flueret, permanavisse mibi videtur in hanc Civitatem: idque cum conjectura probabile est, tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. Quis enim est, qui putet, cum floreret in Italia Graecia potentissimis & maximis Urbibus, ea quae Magna dicta est, in bisque primum ipsius Pythagorae, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse? Quin etiam arbitror, propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque Regem Pythagoreum a posterioribus existimatum; nam cum Pythagorae disciplinam & Instituta cognoscerent, Regisque ejus aequitatem & sapientiam a Majoribus suis accepissent, aeta-*

tes

tes autem & tempora ignorarent propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret, Pythagorae auditorem fuisse crediderunt. Et de conjectura quidem hactenus. Vestigia autem Pythagoreorum quamvis multa colligi possunt, paucis tamen utemur &c. Quis dubitet vero, eo fortius Tulliano nostrum esse argumentandi genus, quo antiquior Pythagoreis fuit Gens Israelitarum, eorumque doctrinae vestigia, universaliora vestigiis sapientiae Pythagoreorum? Sed jam Vindiciarum satis; ad Institutum tandem aliquando revertamur.

XXVII.

Non dicemus in praesentia de veterum Platonicorum obscoenis atque foedissimis moribus, a Philosophiae utique, quam instituerant, veluti dogmate derivatis; de quibus satis Doduvellus egit *Dissertatione III. inter Cyprianicas*. Eorum profecto officia non dicam, sed principia etiam, cum Impiorum alterius vitae suppliciis quis componere valeat? Ejusmodi ab Sapientibus quis Judaeos maxima haurire voluisse censeat vitae atque Religionis fundamenta? Quin & illud non urgebimus, impossibile fuisse, Judaicum Populum post Captivitatem Dogma illud a Populis Gentilibus fuisse mutuatum; quum tempestate illa ita fuissent Judaei comparati, ut humani Ge-

neris immani odio tenerentur, vel illius postularentur saltem; quare profana illis dicerentur fuisse omnia, quae sacra apud Ethnicos; rursus concessa apud eosdem viderentur, quae incesta dicebantur ceteris; idcirco verisimile esse nullo modo posse, pati Judaeam voluisse Ethnicos sibi tantae rei Praeceptores; praesertim quum humanarum vitio rerum, Judaeorum filii numquam adeo adacti Patrum suorum Legi, moribus, praeceptis, Institutis, doctrinaeque fuerint, quam tum quum id praestare vetabantur; nempe, libertate aliqua gaudentes, Gentium aemulabantur sacra, quae aut in servitutem, aut in angustias redacti, detestati sunt. Haec praetermittemus universa. Considerandum igitur proponemus solum, tempestate praesertim illa, qua Judaei, vel Clerici sententia, toti in spe erant Seculi futuri, nutare illius coepisse fidem dogmatis apud Gentiles Philosophos non dicam, verum etiam populares. Origo mali Philosophia; siquidem vel ubi animorum immortalitatem suo modo demonstrare pergebant Gentilium Sapientes, illarum vi demonstrationum, Inferos nullos esse consequebantur; neque enim ambulare, loqui, torqueri, aut corporeo agere modo posse concipere valebant, id quod post mortem corporeis carere dicebatur membris. Disputator ille

cum

cum Justino Martyre initio Dialogi cum Tryphone exponens Philosophorum animi de statu post mortem sententias, ita inquiebat: *Sed plerique ne id quidem laborant, utrum unus aut plures sint Dii, & unicuique nostrum utrum provideant necne; quasi haec cognitio nihil ad beate vivendum afferat. Quin etiam persuadere nobis conantur, Deum universi quidem ac ipsorum generum & specierum curam gerere, mei autem & tui & singulorum non item; neque enim fore ut eum tota nocte ac die precaremur. Hoc autem quonam illis evadat, difficile non est intelligere. Proposita enim est his, qui ita sentiunt, differendi & sequendi quo libuerit impunitas & licentia, ac agendi quidquid voluerint & dicendi, nec supplicium metuentibus, nec boni quidquam a Deo sperantibus. Quomodo enim metuant aut sperent, qui eadem semper futura dicunt, meque & te eodem rursus modo victuros, nec meliores factos, nec deteriores? Alii quidam, cum immortalem & incorpoream animam esse ponant, nec poenam daturos se putant, si quid mali fecerint (pati enim non potest quod incorporeum est) nec jam Deo, cum immortalis sit anima, quidquam indigent.* ἄδεια γὰρ καὶ, ἐλευθερία λέγειν καὶ ἕπεσθαι τοῖς δοξάζουσι ταῦτα ποιεῖν τε ὅ τι βούλονται καὶ λέγειν, μήτε κόλασιν φοβουμένοις, μήτε ἀγαθὸν

θὸν ἐλπίζουσί τι ἐκ Θεοῦ. πῶς γάρ; οἵγε ἀεὶ ταὐτὰ ἔσεσθαι λέγουσι, ϗ' ἐπ' ἐμὲ ϗ' σὲ ἔμπαλιν βιώσεσθαι ὁμοίως, μήτε κρείσσονας, μήτε χείρους γεγονότας· ἄλλοι δέ τινες, ὑποστησάμενοι ἀθάνατον ϗ' ἀσώματον τὴν ψυχὴν, οὔτε κακόν τι δράσαντες ἡγοῦνται δώσειν δίκην· (ἀπαθὴς γὰρ τὸ ἀσώματον) οὔτε ἀθανάτου αὐτῆς ὑπαρχούσης, δέονταί τι τοῦ Θεοῦ ἔτι. Heinc Polybius, qui, uti vidimus, Romanorum aetatis ſuae diſciplinam adeo celebraverat, quod commentationibus Inferorum Rempublicam feliciter ac prudentiſſime regerent, de ſuis Graecis quammaxime quaerebatur; diſſeminata jam enim tunc in Hellade Philoſophia vel apud Vulgus incerta effecerat eam Inferorum doctrinam, maximum videlicet vitae ac ſocietatis fundamentum. *Itaque*, ſubdebat Hiſtoricus ille diligentiſſimus, *ut de ceteris taceam, qui publicam pecuniam tractant, apud Graecos quidem, ſi vel unum dumtaxat talentum fuerit eis creditum, decem Reſcriptionibus adhibitis, ſigillis totidem, teſtibus autem duplo pluribus, fidem tamen ut ſervent impetrare ab iis nequeas. Iidem apud Romanos, quum & in Magiſtratibus & in Legationibus magnam pecuniae vim tractent, propter unicam jurisjurandi Religionem fidem ſervant: & quum apud Graecos raro inveniatur, qui publico manus abſtineat, quique ejuſmodi ſceleris purus ſit;*

apud

apud Romanos contra, ut manifesti peculatus aliquis arguatur, raro accidit. Τοιγαροῦν χωρὶς τῶν ἄλλων, οἱ τὰ κοινὰ χειρίζοντες, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἐὰν ταλάντου μόνον πιστευθῶσιν ἀντιγραφεῖς ἔχοντες δέκα, καὶ σφραγῖδας τοσαύτας, καὶ μάρτυρας διπλασίους, οὐ δύνανται τηρεῖν τὴν πίστιν· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις κατά τε τὰς ἀρχὰς καὶ πρεσβείας πολύ τι πλῆθος χρημάτων χειρίζοντες δι' αὐτῆς τῆς κατὰ τὸν ὅρκον πίστεως, τηροῦσι τὸ καθῆκον. &c. (*Excerpt. Lib. VI.*) Idque, ut ajebat, quod Graeci non manifestas futurae vitae poenas rejicere coepissent.

Graecis serius licet, philosophari pertexerunt denique Romani, iisdemque, uti jam vidimus, uti demonstrationibus, quibus illi, ad evincendam animae perennitatem; ablatus inde Inferorum statim timor, uti apud Tullium patet Libro Disputationum Tusculanarum I., ubi in immortalitate animorum demonstranda totus esse videbatur. Inquiebat enim: *Sed ut Deos esse natura opinamur, qualesque sint ratione cognoscimus; sic permanere animos arbitramur consensu Nationum omnium: qua in sede maneant qualesque sint, ratione dignoscendum est; cujus ignoratio finxit Inferos, easque formidines, quas tu contemnere non sine caussa videbare. In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis, e quo di-*

dictum est humari, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum, quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt: quos auxerunt Poetae. Frequens enim consensus Theatri, in quo sunt mulierculae & pueri, movetur audiens tam grande carmen,

Adsum, atque advenio Acherunte, vix via alta atque ardua,
Per speluncas saxis structas asperis pendentibus
Maximis; ubi rigida constat crassa caligo Inferum;

tantumque valuit error, qui mihi quidem jam sublatus videtur, ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud Inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possent, nec intelligi. Animos enim per seipsos viventes non poterant mente complecti: formam aliquam figuramque quaerebant. Inde Homeri tota νεκυΐα; *inde ea, quam meus Amicus Appius* νεκρομαντεῖα *faciebat; inde in vicinia nostra Averni lacus,*

Unde animae excitantur obscura umbra, aperto ostio
Alti Acherontis, falso sanguine mortuorum Imagines.

Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine fau-

faucium, laterumve, & pulmonum vi & figura potest. Nihil enim animo videre poterant: ad oculos omnia referebant. Magni autem est ingenii, revocare mentem a sensibus, & cogitationem a consuetudine abducere. Has Philosophi illi veteres ex immaterialitate animae deducebant consequutiones.

Reapse initio illius, quo de agimus, Libri demonstrationem perennitatis animorum ab eversione suppliciorum alterius vitae ita auspicatur Tullius: *M. Dic, quaeso, num te illa terrent, triceps apud Inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transvectio Acherontis, mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus? Num illud,*

Quod Sisyphus versat
Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum?

fortasse etiam inexorabiles Judices, Minos & Rhadamantus; haec fortasse metuis, & idcirco mortem censes esse sempiternum malum? A. Adeone me delirare censes, ut ista esse credam? M. An tu haec non credis? A. Minime vero. M. Male hercule narras. A. Cur? quaeso. M. Quia disertus esse possem, si contra ista dicerem. A. Quis enim non in ejusmodi caussa? aut quid negotii est, haec Poetarum ac Pictorum portenta convincere? M. Atqui pleni sunt Libri Philosophorum contra ista ipsa differentium.

tium . Ex ea igitur , quam intulerunt Philosophi immaterialitatis animae demonstratione, abest adeo , ut Religioni atque Reipublicae profuerint, quin potius maximum inde sequutum sit earum detrimentum , eversio videlicet opinionis Inferorum poenarumque, quas animae nonnisi corporibus circumvestitae pati potuisse videbantur ; quare , quum illa , vera licet , sententia necessariis adhuc tamen careret adjectis , reliquis nempe veritatibus , quarum ope superstites animos absque ullo etiam corporis vestigio plecti foverique aliqua ratione conciperetur posse ; malis inde orta avibus , apud Graecos primum , dein apud Romanos etiam , de Inferorum opinione dubitatio .

Evulgatis siquidem ejusmodi apud Romanos Philosophiae arcanis , idem quod antea apud Graecos , evenisse oportebat . Jam enim ex Libris Philosophorum principia illa & irrisiones Inferorum ad fora transierunt , in Orationibus Rhetorum videlicet ; quare illa Romani Oratoris in Catilinaria IV. *Video*, inquiebat, *duas esse sententias : unam D. Silani , qui censet eos, qui haec delere conati sunt, morte esse multandos : alteram C. Caesaris , qui mortis poenam removet , ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur . Uterque &*
pro

pro sua dignitate, & pro rerum magnitudine, in summa severitate versatur. Alter eos, qui nos omnes, qui Populi Romani nomen extinguere, punctum temporis frui vita & hoc communi spiritu non putat oportere atque hoc genus poenae semper in improbos Cives in hac Republica esse usurpatum recordatur. Alter intelligit mortem a Diis immortalibus non esse supplicii caussa constitutam, sed aut necessitatem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem esse. Vincula vero, & ea sempiterna, certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt. Itaque municipiis dispertiri jubet: adjungit gravem poenam municipibus, si quis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circumdat, & dignas scelere hominum perditorum. Sancit ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per Senatum, aut per Populum levare possit. Eripit etiam spem, quae sola hominem in miseriis consolari solet; bona praeterea publicari jubet: vitam solam relinquit nefariis hominibus: quam si eripuisset, multas uno dolore animi atque corporis, & omnes scelerum poenas ademisset. Itaque, ut aliqua formido improbis esset posita, apud Inferos ejusmodi quaedam illi Antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt: quod videlicet intelligebant, his remotis, non esse mortem ipsam

sam

sam pertimescendam. Haec ille, qui mentem imo suam evidentius aperit in Oratione pro Cluentio scribens: *Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis & fabulis ducimur, ut existimemus illum apud Inferos impiorum supplicia perferre, & plures illic offendisse inimicos quam hic reliquisse, a socrus, ab uxorum, a fratris, a liberûm poenis actum esse praecipitem in Sceleratorum sedem atque regionem: quae si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem mors eripuit, praeter sensum doloris?* Non hic certe Academicum agit Orator, in Judicialibus nempe Orationibus ad Senatum & ad Populum habitis, quae caussarum esse solent atque temporum, non hominum ipsorum ac Patronorum. Denique eodem loquebatur sensu in eo Scriptorum genere, in quo candide loqui ac libere solemus, familiaribus nempe in Epistolis, praesertim moerentem Titium interitu filii sui dum consolatur, & ad Metellum scribens. (Lib. V. Epist. 21. 26.) Jam publice atque impune illa etiam canebantur in Theatris quae apud Tragicum in Troade legimus; quare non profecto mirum, si aetate demum sua sublatum diceret Tullius Inferorum errorem, uti Libro Disputationum Tusculanarum I. dum scriberet: *Quis enim tam excors, quem*

ista

iſta moveant . . . quae eſt anus tam delira, quae timeat iſta Acheruntia templa, alta Orci, pallida Leti, obnubila, obſita tenebris loca? Heinc illae apud Graecos Chriſtianorum irriſiones, ut ex Luciano patet, de Morte Peregrini: πεπείκασι αὑτοὺς οἱ κακοδαίμονες τὸ μὲν ὅλον, ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον: *perſuaſerunt ſibi*, inquiebat, *miſeri illi, ſe omnino immortales fore, & perpetuo victuros*; quibus non abſimilia quae Romani Deorum cultores adverſus noſtrorum, uti opinabantur, credulitatem jactare conſueverant: *nec hac furioſi opinione contenti*, inquit Caecilius apud Minucium Felicem Cap. XI., Chriſtiani *aniles fabulas adſtruunt & adnectunt. Renaſci ſe ferunt poſt mortem, & cineres, & favillas: & neſcio qua fiducia mendaciis ſuis invicem credunt*. Ex quibus quidem omnibus nos anſam capiemus vindicandi aliqua ratione nonnullos veteres Eccleſiae Patres, qui animae immaterialitatem oppugnarunt, ratione ſcilicet uſus habita, atque conſequutionum a principio illo male deductarum; neque doctrinae Reſurrectionis omnium corporum neceſſitatem aetate Chriſti oſtendere pergemus; ſed argumento ſolum inſiſtentes, conſequemur, doctrinam Seculi futuri, poſt Captivitatem Babylonicam, Aſſamonaeorum tempore, & ante

K repa-

reparationem Orbis, Gentiles apud Populos adeo nutasse, ut insanus sit quicumque suspicari velit, Judaeos tunc temporis, uti fatetur Clericus tali de Dogmate certissimos, illud ab Ethnicis fuisse mutuatos.

XXVIII.

Philosophati quidem sunt, neque diffitemur, tandem aliquando Judaeorum filii, serius tamen, qui nempe Alexandriae degebant, postquam regnassent Ptolomaei, aut CL. annis ante Christi exortum, quod Cl. Bruckerius Tomo ostendit Historiae Philosophiae IV. Convenit ejusmodi Epocha cum tempore, aut vix saltem dissidet ab aetate Machabaeorum Martyrum, qui recte adeo statum animae post mortem Antiocho objecerunt. Verum quam dissidet horum doctrina a deliramentis paucorum quorundam inter Judaeos, qui Alexandrinum illud philosophandi genus sequuti sunt? Ex erroribus Pythagorae, Platonis, Aristotelis, Philosophorumque Orientalium atque Aegyptiorum praecipuis ejusmodi conflatum erat Systema, quod inde *Eclecticae Philosophiae* nomen obtinuit, & *Cabbala*, sive Cabbalistica Scientia a Rabbinis appellata est. Praeter laudatum Bruckerium, impiam doctrinam illam enodavit celebris Windetus in מנחה בלולה, sive *in*

Epi-

Epistolico Stromateo de Vita functorum statu ex Hebraeorum & Graecorum comparatis sententiis concinnato. Verbo dicam, in natura animae constituenda, ejusque post mortem sorte, vix differre visi sunt a Spinosismo, si quemdam tantum auferas explicandi modum, aut re convenientes, sententiarum licet specie diversi. Illo ab Systemate orti Valentinianorum errores, sive a Judaeis male sanam Philosophiam immediate, ut ajunt, didicerit Valentinus, sive ab Gnosticis, aut ipsis Aegypti Sapientibus; quique Valentinianorum principia cum principiis comparaverit Cabbalistarum atque Eclecticae Sectae, utrobique Emanationis portentum inveniet, omniaque ad unitatem recurrere, uti Valentiniani dicebant, & omnes Aeonas unum esse, tametsi in unitate distantes, generarentque sine alterius complexu; quod late patet apud Irenaeum Lib. II. Cap. 12. & ex Dissertatione I. Massueri in illum Scriptorem. Nil denique impurum adeo Pythagorico atque Stoico in Systemate inveniri potest, quod in Judaica illa Cabbala non fuerit consarcinatum. Quae de animae statu definiebant, in Buddei Introductione ad Philosophiam Hebraeorum abunde prostant, insana adeo, ut nulla possint ratione vindicari.

Jam vero nullo pacto dubitandum, Ju-

 daeos

daeos illos Eclecticae Philosophiae Sectatores altissimum ac Pythagoraeum prorsus de placitis illis adservare solitos silentium, uti praeter testimonia, quae allegati Windetus & Bruckerius in medium adferunt, ostendit etiam Cl Beausoprius in Germanica Bibliotheca Tomo XXXII. Art. III. Rursus, Hierosolymitanum Synedrium non Leges, non Decreta, non Anathemata neglexisse, quo Judaeos a Philosophia, Moysis doctrinae adeo adversa, averteret, & Alexandrinorum placita eliminaret. Tempore Assamonaeorum ejusmodi decretum conditum refertur in Germ. Tractatu Bav. Kam. f. 82. ארור אדם שלמד בנו חכמה יווניתי. *Maledictus sit quisquis filium suum d cuerit Sapientiam Graecanicam*; qua de re fuse egit Johannes Franciscus Buddeus. cum in Historia Ecclesiastica Veteris Testamenti, tum etiam in Introductione ad Historiam Philosophiae Hebraeorum. Certum est denique opposita & contraria omnino dogmata fuisse Eclecticae illius, quam pauci Judaeorum amplexi erant, Philosophiae, opinioni, menti, fideique non Machabaeorum modo dicam Martyrum, sed Esseniorum etiam atque Pharisaeorum, quod ex Flavio palam esse potest.

XXIX.

XXIX

Celeberrimae ſiquidem fuerunt poſtremis Judaicae Reipublicae temporibus, notiſſimaeque adhuc ſunt tres Judaeorum Sectae, Phariſaeorum ſcilicet, Sadducaeorum, atque Eſſeniorum. Priores, Hiſtorico mox allegato teſte, Libro Antiquitatum Judaicarum XVIII. Cap. 1, *credebant animis vim ineſſe immortalem, ac ſub terra vel praemiis, vel poenis eos affici, qui in hac vita virtuti ſe aut vitiis addixerunt; & hos quidem ſempiterno carcere clauſos teneri, illis vero facultatem eſſe in vitam redeundi. Sadducaeorum vero doctrina, animae cum corporibus ſimul interibant. Eſſeni animas immortales faciebant, fructuſque Juſtitiae magnopere expetendos ducebant.* Φαρισαῖοι ἀθάνατόν ἰσχὺν ταῖς ψυχαῖς πίστις αὐτοῖς εἶναι καὶ ὑπὸ χθονὸς δικαιώσεις τε καὶ τιμὰς οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτήδευσις ἐν τῷ βίῳ γέγονε· καὶ ταῖς μὲν εἱργμὸν ἀΐδιον προτίθεσθαι, ταῖς δὲ ῥᾳστώνην τοῦ ἀναβιοῦν . . . . Σαδδουκαίοις δὲ τὰς ψυχὰς ὁ λόγος συναφανίζει τοῖς σώμασι . . . . Ἐσσηνοῖς ἀθανατίζουσι δὲ τὰς ψυχὰς, περιμάχητον ἡγούμενοι τοῦ δικαίου τὴν πρόσοδον. Fuſius quod ad Eſſenios ſpectat, hac de re agit Flavius Libro de Bello Judaico II. Cap. 8. ſcribens: *Nam & iſta apud Eſſenios obtinuit opinio, corpora quidem eſſe interitui obnoxia, nec materiam eorum permanere, animas vero im-*

mortales in omne aevum durare: & ex aethere subtilissimo prodeuntes in corporum complexum, tamquam in custodiam includi, illecebra naturali istuc attractas. Postquam vero carnis vinculo solutae fuerint, quasi de longa servitute liberatas, illico laetari, & in sublime evolare; & quidem pias convenienter iis, quae Graeci sentiunt, vitam ultra Oceanum manere dicunt, locumque nec nive, nec imbribus, nec aestu gravem, sed quem placidus jugiter ab Oceano spirans temperet Zephyrus: impias vero sub terras in obscurum gelidumque antrum revocant, aeternorum cruciatuum plenum. Videntur autem mihi juxta eandem sententiam Graeci, suis etiam Viris fortibus & magnis, quos Heroas appellant ac Semideos, Beatorum Insulas attribuisse: improborum vero animabus locum apud Inferos impiorum proprium: ubi & quosdam tormentis vexari fabulantur, Sisyphos, Tantalos, & Ixyones, & Tityos, primo quidem immortales esse animas ponentes; deinde hoc ipsum trahentes ad exhortandum homines ad virtutis studium & dehortandum a vitio: nam & bonos inde in hac vita meliores fieri, spe praemii etiam post mortem; & malorum impetus cohiberi metu, ut qui expectent, etiamsi lateant dum vivunt, fore ut post obitum aeternos subeant cruciatus. Atque ista quidem sunt, quae

Καὶ γὰρ ἔῤῥωται παρ' αὐτοῖς ἥδε ἡ δόξα φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα, καὶ ὕλην οὐ μόνιμον αὐτοῖς, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν, καὶ συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας· αἰθέρος ὥσπερ εἱρκταῖς τοῖς σώμασιν ἴυγγί τινι φυσικῇ κατασπωμένας. &c. De Pharisaeis demum subjicit, eorum sententia, *animam omnem esse quidem immortalem, solas vero Bonorum animas in alia transire corpora, & Malorum aeterno supplicio puniri.* Ψυχὴν δὲ πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα τὴν τῶν ἀγαθῶν μόνην, τὴν δὲ τῶν φαύλων ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ κολάζεσθαι. Haec Flavius de Judaeorum illius temporis opinionibus ac Sectis.

XXX.

Qui porro postrema haec Judaeorum Historici legerunt, paene omnes arbitrati sunt, Gentem illam fere totam, nempe Pharisaeos credidisse Metempsychosim, atque Pythagoreos alteros fuisse, quod est utique falsissimum. Ratio siquidem habenda erat artis atque ingenii Historici, qui ne se suosque Gentilibus ridendos propinaret, verborum sub involucro ita Pharisaeorum opinionem exhibuit, ut sub imagine veluti philosophica illam occultaret, ceu cum Platonicis convenirent, quorum sententia piorum animae laeta arva tenebant,

Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Aethereum sensum, atque aurae simplicis ignem.
Has omnes ubi mille rotam volvere per annos
Lethaeum ad fluvium Deus evocat agmine magno,
Scilicet immemores supera ut convexa revisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reverti.

Uti ajebat Maro Libro Aeneidos VI. & aperte magis Tullius in Somnio Scipionis. Non illa tamen erat fides spesque Judaeorum illius tempestatis. Sperabant, uti notissimum, tunc temporis Judaei, se resurrecturos ad Sabbata adque festa iterum in pace & gaudio & gloria Hierosolymis cum Messia celebranda; quod equidem adeo eisdem spondidisse sexcentis in locis Prophetae literaliter intellecti videbantur, quorum testimonia, aut testimoniorum copiam infinitam collegit Burnetius in Appendice sua *de futura Restauratione Judaeorum*. Flavius itaque qui Victorum invidiam declinare satagebat, neque spem jura laedentem Majestatis hostiles in animos revocare aut obtrudere ducebat, opinionem de futura illa restitutione Judaeorum, qua tenebanban-

bantur Pharifaei, in facultatem vertit redeundi in vitam, & aliena tranfeundi in corpora, quod Romani profecto flocci facile feciffent.

Idoneam autem effe interpretationem noftram oftendunt ea quae Chrifto objiciebant Sadducaei, Matth. XXII Quîs videlicet ex feptem fratribus in Refurrectione ducturus uxorem effet, quam omnes hac poffederant in vita? Non difputabimus hic de Sadducaeorum relate ad vita functorum ftatum doctrina, de qua tamen non omnino convenit inter Eruditos. Notatu digniffima funt Theophilacti verba in Marci XII. ἐπείπα ὅτι οἱ σαδδουκαῖοι περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως ἀμφέβαλλον, ὥστε καὶ ὁ κύριος περὶ τῶν σωμάτων εἶπεν ὅτι ζῶσι παρὰ τῷ θεῷ οὐχὶ περὶ τῶν ψυχῶν· τοῦτο γὰρ ἤδη ὡμολόγητο καὶ παρὰ τοῖς σαρκικοῖς σαδδουκαίοις. *Praeterea quia Sadducaei de Refurrectione corporum dubitabant: ita ut Dominus de corporibus dixerit vivere illa apud Deum, non de animis; hoc enim jam in confeffo erat etiam apud carnales Sadducaeos*. Quae fi vera fuiffent, laboraffet adhuc Jofephi fides in fententiae eorum expofitione; veterem fortaffe atque hodiernum fequuti morem perfida affigendi dogmata atque nomina iis, qui vulgatiffimae aut fibi receptae opinioni non adhaerent, quod Pharifaeum proprie decebat.

bat. Beausobrius certe, in Historia Critica Manichaeorum, (*) uti refert ipsemet, ex Arabum atque Persarum Scriptorum traditione ostendit, Manetem damnatum capitis fuisse, ceu Sadducaeum; quum tamen neque existentiam Spirituum, uti dicimus, negaret, neque perennitatem animorum; praemia aut poenas post mortem eisdem destinatas; sed corporum modo restitutionem, quam credebant scilicet Magorum Sapientes aeque ac Judaei, qui post Captivitatem Babylonicam Resurrectionis dogma tuebantur. Fortius exemplum tamen prostat in Adnotationibus celebris Baraterii ad Iter Rab Benjamin Tudelensis, qui Judaeos quosdam comminiscitur in Cypro Epicureos, quos Editor facile ostendit, non fuisse nisi Karaeos, sive Karaitas, Traditionum nempe vulgarium osores; quos & perperam cum Sadducaeis confundi, eorumque nomine

(*) *Bibliotheque Germanique Tom. XXX. pag.* 74. Manés fuit condamné comme Sadducéen, au rapport des Persans & des Arabes. Son Sadducéisme ne consistoit pas à nier l'existence des Esprits, leur immortalité, les peines & les récompenses qui suivent la mort. Il faut donc qu'il ait nié la Resurrection des Corps. Les Mages la croyoient, & en avoient à peu près la même idée que les Juifs, qui n'ont jamais parlé si clairement de ce dogme, que depuis qu'ils eurent été captifs chez les Assyriens.

mine donari queritur Buddeus, Libro saepius allegato.

Interim eruimus multiplicis generis fuisse olim Sadducaeos, aliosque animam numquam intermorituram arbitratos; alios ad multa perseveraturam Secula; alios denique statim post obitum eam perituram adfirmasse; atque, uti recte monuit Huetius in Observationibus & Notis ad Commentaria Origenis, non accurate Veteres hisce de rebus loqui solitos fuisse, τὴν ἀθανασίαν & τὴν ἐπιδιαμονὴν confundentes, quod evenit fortasse Theophylacto. Servatorem cum iis disputasse, qui immortalitatem animi negabant, dubitandum non est posterioribus ex verbis Responsi ejus: *Non est Deus mortuorum, sed viventium*. Quippe si Sadducaei illi corporum Resurrectionem negassent solum, in promptu regerere fuisset, Abrahami animum ab ejus obitu vivere, iccirco licet Deus esset Deus Abrahami, & quidem vivi, haud perinde sequi, Abrahami corpus resurrecturum; cujus enim vivit animus, is potest dici vivere, quamvis numquam resurgat. Validissimum ex opposito fuit Servatoris argumentum, si eos oppugnavit qui animum quoque vivere negabant. Ceterum Pharisaeorum Quaestio de Resurrectione videbatur, eo quo illam Pharisaei tuebantur sensu, iteratas nempe ad

nup-

nuptias, adque gaudia temporalia, ad regnum in terris quod expectabant, & de quo ipsimet Apostoli quaerebant; quam spem & expectationem occultavit Flavius in potestate, Pharisaeorum opinione, Bonis facta redeundi in vitam, aliaque transeundi in corpora.

Sed aliis etiam ex argumentis ejusmodi Pharisaeorum elicitur doctrina. Magna equidem sunt eorum nomina, qui Hebraeos Resurrectionem ad Justos plerumque & ad Israelitas restrinxisse docuerunt; Dassovius praesertim in Libro *de Resurrectione mortuorum secundum Judaeos*, ortam ejusmodi opinionem ex aliquibus Scripturarum phrasibus, quibus non resurrecturi dicuntur impii cum bonis, neque peccatores in Concilio Justorum, nonnulli opinati sunt. Ut opinionem igitur illam oppugnarent, toti fuerunt in phraseologia enarranda, sive Platonicas quasdam confugiendo ad doctrinas, qua impii, Numinis praesidio atque ope destituti, vere non subsistere dicuntur, ceu in malitiam versi, humanam quoque amisissent naturam. Animadverterunt alii vocem ἀνάστασιν morti atque damnationi aeternae saepenumero opponi, uti apud Origenem, Pelusiotam, aliosque ostendit Huetius in Notis allegatis; & apud Polycarpum Clericus, illa Paulli explicans ad Philip-

penses III. *Si quo modo occurram ad Resurrectionem, quae est ex mortuis*. Recte profecto omnia, si veteres apud Judaeos opinio exstitisset illa. Verum, esto de posterioribus Recutitis semper fabulari solitis id negari vix possit, quod late ostendit Johannes Saubertus *in Disputatione de Beatitudine & damnatione aeterna ad Articulum XI. Symboli fidei Judaeorum*; si de Pharisaeis tamen loquimur ante Christi tempora viventibus, quid, obsecro, hoc aliud, quam Eruditorum erratum, qui Resurrectionem primam, uti creditam a Judaeis, cum postrema confuderunt Resurrectione omnium Mortalium, quam aeque profitebantur Pharisaei, & quam secundam appellabant; uti primam & secundam mortem in antiquis memoratas legimus eorum Libris? In prima Resurrectione vero arbitrati Justos modo, eosque Israelitas, resurrecturos, ansam plurimis dedere definiendi, generalem eos Resurrectionem ad aliquos restrinxisse; quod equidem veteribus e monumentis nulla erui ratione potest.

Confirmatur id denique Chiliastarum errore, equidem a Pharisaeorum opinionibus ac Traditione orto, uti S. Hieronymus testatur, de Papia eadem in opinione versato ita scribens, Libro de Viris illustribus Cap. XVIII. *Hic dicitur mille annorum Ju-*

dai-

daicam edidisse Δευτέρωσιν: *quem sequuti sunt Irenaeus*, *& Apollinarius*, *& ceteri*, *qui post Resurrectionem ajunt in carne cum Sanctis Dominum regnaturum*. *Tertullianus quoque in Libro de Spe fidelium*, *& Victorinus Petabionensis*, *& Lactantius hac opinione ducuntur*. Ex Chiliastarum igitur Patrum, quae late patet, doctrina prostat conspectus opinionis Pharisaeorum de futuro Seculo, deque sinu Abrahae, de Resurrectione prima ad Messiae regnum, atque restitutione Justorum Israel. Heinc conciliari, aut ego fallor, facile possent, qui de phrasi Hebraica disputant העלם הבא, temporibus Christi atque Apostolorum usurpata. (*) Plures siquidem, inter quos Raymun-

(*) *Clerc*, *Bibliotb. Ancienne & Moderne Tom. XVII. pag.* 93. *& seq.* On croit communement que l'espression de l'Ecriture, *le Siécle à venir* signifie le tems du Regne du Messie; mais Mr. Rhenferd soutient, que dans les anciens Rabbins, elle ne signifie que l'autre vie. Il me semble qu'il a raison, au moins par rapport au Nouveau Testament; ou il n'y a point de passage, que je sache, où cette expression se trouve, qui ne puisse etre tres-bien entendu de la vie à venir. Mais Mr. Mill, Professeur aux Langues Orientales, dans l'Academie d'Utrecht, a aussi, comme il me semble, fort-bien prouvé, que dans les Ecrits des anciens Rabbins, le Siécle à venir, se prend autant pour le tems du Messie,

mundus noster Martini, & Witsius, significare eam voluerunt ימות המשיח dies scilicet, vel tempora Messiae; Jacobus Rhenferdius ex opposito inductam phrasim ait contra Sadducaeos, significasse iccirco futuram vitam, seu Seculum futurum. Iniri, inquam, posset facile concordia, quum futuri essent quoque Messiae dies Seculo futuro, praeconcepta nempe qua de agimus opinione, quae ex Synagoga in Ecclesiam fluxit, verius in nonnullos Ecclesiae Patres; neque enim umquam pro fidei Capite habita,

---

dont-ils concevoient que le Regne devoit étre sur cette terre, que pour l'autre vie. Il est certain que l'expression, dont il s'agit, *le Siécle à venir* peut également signifier, dans la bouche des Juifs, le tems du Messie, qui pour eux étoit à venir, que celui qui le doit suivre, quand il plaira à Dieu de faire un Ciel nouveau & une novelle terre. C'est ainsi que l'expression Hebraique ימים אחרים que l'on traduit *les derniers jours*, peut marquer egalement les jours du Messie, & en géneral les tems, qui étoient encore à venir, après celui auquels les Prophetes ecrivoient. J'aimerois mieux traduire en Latin *posteri dies*, ou *postera tempora*, les jours, ou les tems à venir, que *novissimi* ou *ultimi dies*. L'Epithete Hebraïque signifie simplement ce qui arrive après, ou l'avenir, & non precisement le tems de la derniere Economie de Dieu avec les hommes.

ta, neque ab ulla Synodo adprobata, neque in Symbolicis descripta fuit monumentis. Originem vero nexumque vidit illum Burnetius, qui nempe Chiliastarum errorem in auras revocaturus, de Restitutione simul egit Judaeorum veluti futura; ut enim ex ejusmodi Judaeorum spe nonnulli Christianorum eruerunt millene Christi in terris regnum; ita ille ex opinione ejusmodi veterum aliquorum Christianorum redivivam esse voluit spem restitutionis filiorum Israel.

Vindicavimus hucusque vero Pharisaeos, ne si crederentur sperasse Bonorum animas in alia transituras corpora, haustam a Philosophia eorum fidem quis consequeretur; ostendere nempe conabamur, Judaeorum sententiam de conditione hominum post mortem, non Machabaeorum modo, sed Esseniorum etiam atque Pharisaeorum, a Gentilium Philosophorum disputationibus originem haud habere potuisse. Comparavit quidem Flavius Esseniorum doctrinam, cum iis quae Graeci differebant de Beatorum sedibus, Inferisque; ortam ab eisdem tamen Esseniorum non asseruit doctrinam; ad eaque alludebat Historicus quae Graecorum Sapientes ex ore omnium atque communi sententia, non ad ea quae ex Systemate aliquando proferebant; satisque notum est, Josephi aetate aliam, ut innuimus,

in-

induisse faciem Ethnicorum Philosophiam, valde scilicet aemulatione doctrinae nostrae reformatam. Ut Graeci vero ac Romani veteres, & Barbari non ab Hebraeis, sed a Patribus suis acceperant futurae opinionem vitae; ita Judaei quoque Assamonaeorum tempore florentes, Essenii, inde atque Pharisaei, non a Gente aliqua, non a Philosophis aut Gentilibus, sed ab Avis Atavisque suis, hique a totius Gentis conditoribus, necessaria ejusmodi & universalissima derivare debuerunt vitae principia atque fundamenta.

XXXI.

Sed jam satis ratiocinii, apud Clericum certe hilum profecturi; qui sola quaerit ex Vetere Testamento facti testimonia! Adferatur, inquiebat ipse, vel unus veteris Instrumenti locus, in quo aperte de futura dictum sit vita, ei illico aquiescemus, erunt haec nostra veluti numquam dicta, absque sententia & dubitatione recedemus nostra. Nos ex opposito in admirationem rapimur, Amstelaedamensem Professorem, Socinianum hominem, aut pene Socinianum saltem, de veteris locis Testamenti adeo sollicitum se ostendere; iisque in medium non prolatis, de veritate adhuc, quae in Novo Foedere tamen prostat, velle dubitare. Siquidem ea si Religio Novum erga Testa-

 men-

mentum Socinianis esset, quae erga Moysen ac Prophetas; aut verius, si nullam adeo profiterentur se recentioris Foederis habere rationem, uti Hebraeorum de Scriptoribus, ceu de hominibus Deo minime afflatis apertissime loquuntur, inde aliquo consequi suis sistentes principiis viderentur jure posse, nullo sat certo nos niti fundamento, quum vetustissimis cognitam Hebraeis futuram vitam adfirmamus. Verum concipi qui potest, ut id vel Socinianus inficiari audeat, quod clare adeo, adeo evidenter ac aperte Novo in Testamento definitum est? Fidem magnifice commendat Auctor Epistolae ad Hebraeos ex Patriarcharum actis ceterorumque veterum Hebraeorum, a Mundi videlicet exordio ad usque Davidem; inde subdit: *Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim haec dicunt, significant se Patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, habebant utique tempus revertendi: nunc autem meliorem appetunt, idest caelestem*; (Cap. XI.) ut alia praeteream eundem in sensum pronunciata. Haud mirum, ut innuebam, igitur, Clericum Socinianismo laborantem in suo illo *Batavorum Judicio de Historia*

Cri-

Critica Simonii, docuisse, non a Moyse quidem, sed a Sacerdote primum ad Sammaritanos instituendos misso scriptum fuisse Pentateuchum; neque mirum, ipsum docuisse, nil aliud Jobi Librum esse, nisi Poeticam veluti Historiam, eo ingenio eaque ratione a posteriore contextam Recutito, qua Gentilium Tragoediae Poetarum, in quibus vix ipsum cum veritate consonare solet praecipuum Operis argumentum; haud mirum etiam, Clerici opinione, impia multa scelerisque plena ipso ab Jobo, utique ex Auctoris mente, fuisse pronunciata; haud mirum denique vix pauca, aut fere nulla Dei afflatu vetere in Testamento, Judice Clerico, fuisse exarata. Verum quis candide dein & sincere loquutum crediderit Amstelaedamensem Professorem, frequens adeo Novi Foederis divinitatem fassum, de iis inde dubitantem, quae in eodem asserte adeo ac evidenter memorantur, spem scilicet aeternae vitae, qua Patriarchae, Prophetae, ceterique gavisi sunt veteris Legis Asseclae? Ita se res habet apud Socinianos. Quum de Prophetiis agitur, soli Novi Foederis Libri divinitate gaudent; quum hi vero de rebus dicunt quae eorum palato minus sapiunt, tunc inquirendum quid habeat Vetus Testamentum.

Non ignoramus sane, quod a nonnullis

responderi solet, nempe fuisse quidem Patriarcharum & Prophetarum non dubiam hic fidem, ut Lucas Brugensis ait, Commentario in Matth. III., clare adeo Epistola ad Hebraeos id testatum faciente; verum multa a Patriarchis Prophetisque credita praedictaque fuisse, quae ut non proposita neque enarrata, ita nec credenda necessario Populo fuerunt. Ast, ut hujusmodi hypothesis vix aliquam veri praesefert speciem; quis imaginetur enim necessariam adeo vitae atque Reipublicae regendae doctrinam, numquam fuisse Populo enarratam; quis imaginetur pulcherrimum Religionis finem fuisse praetermissum? eo effugio adhuc tamen, ea uti non posset Adversarius distinctione, quum futuri ignorationem Seculi ad Jacobum extendat adque Moysen ceterosque Patriarchas & Prophetas, quos eadem fuisse vult cum Populo in navi. Conatur ille quidem ejusmodi extenuare fidem Prophetarum, & ad temporalia bona coarctare; sed id quam contra sensum Literalem, contra Paulli sensum, contra legem interpretationis, contra loci exigentiam & adjecta! quod videre est in ejus Commentario ad Cap. XV. Genesis. Ad Veteris tamen loca Testamenti progrediamur.

XXXII.

XXXII.

Siquidem quum ad illius testimonia provocaverit Adversarius, veluti communi praeconcepta hypothesi, qua suis ab Auctoribus scripta asseruntur, ea in medium producemus; quod antequam praestemus tamen, de ratione, sive de gradu & modo cognitionis futurae vitae, quo vetustissimi Hebraeorum eam respexere, disputandum remur. Origenes in ea versatus est sententia, ut certissimam quidem Retributionis post mortem consequendae cognitionem assereret Hebraeis, adeo tamen ut praemia illa atque poenas probe imaginarentur docti atque sapientiores; Vulgus ex opposito pinguiori Minerva, & quantum Populo satis esset. Ita enim ille Libro contra Celsum V. *Illud autem apud Judaeos quale fuit, doceri jam tum a teneris unguiculis se se supra naturam omnem sensibilem extolli, inclusum in ea Deum non existimare, sursum illum & supra corpora quaerere? Tum quanti fuit, vix natos & adhuc balbutientes didicisse animae immortalitatem, subterranea Tribunalia, mercedem viventibus destinatam? Quae quidem omnia pueris & puerilia sapientibus veluti sub fabularum involucro narrabantur; sed erga eos qui diligentius inspicere haec arcana, & in hac inquisitione proficere volebant, hae, ut ita lo-*

 quar,

quar, *fabulae transformabantur in veritatem*, *quae iis involuta erat*. ὁποῖον δ' ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ ἐξ ἔτι ἁπαλῶν ὀνύχων διδάσκεσθαι ὑπεραναβαίνειν μὲν πᾶσαν τὴν αἰσθητὴν φύσιν, καὶ μηδαμοῦ αὐτῆς νομίζειν ἱδρύσθαι τὸν θεὸν, ἄνω δὲ καὶ ὑπὲρ τὰ σώματα ζητεῖν αὐτὸν; πηλίκον δὲ τὸ, σχεδὸν ἅμα γενέσει καὶ συμπληρώσει τοῦ λόγου διδάσκεσθαι αὐτοὺς τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν, καὶ τὰ ὑπὸ γῆν δικαιωτήρια, καὶ τὰς τιμὰς τῶν καλῶς βεβιωκότων. &c. Haec Origenes.

Aliam iniit tamen viam, qua hujufce rationem cognitionis explicaret Johannes Alphonfus Turretinus, in Cogitationibus & Differtationibus Theologicis, quibus principia Religionis cum Naturalis tum etiam Revelatae adftruere nititur Tom. II. Differt. IV. de veritate agens Judaicae Religionis, Num. XVI. ubi fcilicet inducens Judaicae Doctrinae vitio dantes, quod quum de ceteris Salutis Myfteriis, tum in primis de vitae futurae praemiis atque poenis non clarius atque explicatius verba faciat; meminiffe eos debere ftatim regerit, id quod ab initio monuerat; veram quidem atque eximiam, fed non perfectam tamen omnibufque abfolutam numeris Revelationem illam Judaicam fuiffe; alia nimirum tempora aliam poftulare lucem; dilucularemque meridiana folere minorem effe; neque iifdem documentis atque incitamentis iif-

dem,

dem, quibus aetas adultior, Infantiam duci. Non defuisse quidem in illa Judaici Populi infantia, quae robustiores animos ad majora adtollerent; veluti eximiam illam perfectionum Divinarum Revelationem; tot conspicua Numinis Judicia; promissa adeo magnifica, ut intra periturae hujus & caducae vitae terminos contineri non possent; Abelis indignum interitum; Patriarcharum Dei amicorum dies breves atque malos; Enochi in primis & Eliae fata statum alterum innuentia: postremo, quaecumque tandem fuerit ea de re notitia, hoc novisse, Deo adhaerendum, ei fidendum, eique obsequendum, neque veram hominis felicitatem alibi quam in ipsa Dei communione quaerendam esse: id credidisse, id ratum habuisse quocumque in statu, quacumque in conditione essent, in prosperis, inque adversis, in vita, in morte; adeo ut spes justi ne in ipsa quidem, ut ait Salomon, deficeret. Illuxisse igitur, ex Epistola Petri consequitur, lucernam ipsis in caliginoso loco; subdubiam videlicet habuisse Hebraeos futurae vitae immortalitatisque cognitionem, cujus pleniorem demonstrationem Christi Servatoris praeconio docet reservatam.

XXXIII.

Nos diversa veluti sententia de modo ac ratione cognitionis illius Judaeorum definien-

finiendum esse arbitramur ; distinguendum judicamus scilicet id quod Dogmatis ad essentiam adque substantiam pertinet , *permanentiam animae* videlicet *post mortem* , *Judicium* , *atque Retributionem* , a ceteris veritatibus , quae illas in nostra Christianae Religionis doctrina in praesentia comitantur. Hasce subobscure quidem , atque a robustioribus solum animis , dubitanter etiam, si mavis, subolfactas speratasque; illas vero apertissime clarissimeque vel ab idiotissimis Hebraeorum animo praeconceptas atque creditas ostendimus ; perfectamque apud universos quidem vetustissimos Israelitas & omnibus absolutam numeris fuisse remur Revelationem relate ad permanentiam illam animae , ad Judicium , atque ad futuram Retributionem ; imperfectam contra obscuramque relate ad cetera quae doctrinae illi Christianorum Dogmata addiderunt : qua definitione sane, optime conciliari, hac saltem in re, diffidentes possent in argumento celebri de Lege veteri ac Nova, (*) quam alii alteram modo perfecisse contendunt, alii nova

(*) *Bibliotheque Germanique Tom. XXXIX. pag.* 17. Mr. de Beausobre après avoir indiqué les circonstances qui précederent l'excellent Sermon que le Sauveur prononça sur la montagne, fait sur les maximes qu'il renferme cette considération importante. Jésus Christ n'a-t-il fait

nova intulisse Dogmata ; nempe futuri doctrina Seculi eadem in utroque Foedere , si essentiam spectes , novis Dogmatibus perfectior a Christo effecta est , Resurrectionis doctrina scilicet , immortalitatis , caelestis denique Visionis .

XXXIV.

Erraverunt siquidem , aut certe fallimur , pene omnes hisce de rebus pertractantes , plurima immiscere quum perrexerint ac veluti confundere in doctrina Seculi futuri, quae satius erant distinguenda. Non enim idem cum opinione futurae vitae, doctrina est immaterialitatis atque intrinsecae, exque

---

que mettre la Loi de Moyse dans un plus grand jour, ou lui a-t-il donné une perfection qui lui manquoit? Cette question tire son origine des Disputes de S. Augustin avec les Manichéens. Ces Hérétiques osoient avancer que l'*Adonai*, qui avoit donné la Loi, n'étoit point le Pere de N. S Jésus Christ, & ils poussoient l'audace jusq'à dire que c'étoit un mauvais Ange. S. Augustin défendit la Loi avec le succès qu'on devoit attendre d'une si bonne cause, mais en évitant une extremité, il se jetta dans une autre. Ce fut de prétendre que J. Christ n'avoit fait que rendre à la Loi de Moyse son lustre, torni par les Gloses Pharisaïques ; en quoi il s'écarta de la Doctrine de ses Prédecesseurs qui avoient constamment reconnu que Jésus Christ a donné des préceptes plus parfaits & plus sublimes que ceux de Moyse. Rien plus, ce Pere tomba en contradiction avec lui même; car lorsq'il entre-

exque natura, ut ajunt, sua immortalitatis animorum; non idem cum permanentia animae, doctrina est Resurrectionis corporum; neque demum idem, privatum, uti loquimur, Numinis Decretum ac Tribunal, cum universali ac publico Judicio; neque idem omnino certus quidem, sed generalis modo, aut crassiori conceptus Minerva, gaudii poenaeque status, cum perfecta atque beatifica Visione, ceterisque nunc creditis futuri Seculi suppliciis; haec enim licet omnia praesenti in Systemate atque Oeconomia coeant egregie, atque coire debeant; non eo tamen sunt copulata nexu, ut

prit d'expliquer le Sermon sur la Montagne, il reconnut avec tous les Peres Grecs & Latins que J. Christ a *perfectionné* la Loi de Moyse. Mais quand il fut obligé de répondre à Fauste Manichéen, il changea tellement de méthode qu'on a de la peine à se persuader, que ce soit le même Auteur, qui s'exprime dans ces deux Ouvrages. Quoiqu'il en soit, les Docteurs de l'ancienne Eglise, & ceux d'aujourd'hui, qui donnent à l'Evangile une perfection superieure à celle de la Loi, ne prétendent pas diminuer la Sainteté du Dieu qui l'a donnée. **Ils croyent** donc que la Loi est bien *parfaite*, mais d'une perfection relative aux tems, & aux circonstances, dans lesquelles elle a été publiée, aux caracteres du Peuple Juif: au lieu que l'Evangile a une perfection absolue, parce que c'est lui qui met la *Vie & l'Immortalité* dans toute son evidence.

ut ignorato altero, alterum quoque latuisse olim inferamus: verissimum quamvis sit fueritque semper Origenis effatum, non easdem, quod ad imaginandi concipiendique modum spectat, ideas fuisse Populi atque Sapientiorum. Verum quis essentiam, uti loquimur, substantiamque doctrinae alicujus atque Dogmatis everti existimet, aut fortasse immutari, ea de caussa solum, quod statum illum aliter sibi repraesentent ii, quorum de meliore luto finxit praecordia Titan; aliter, inquam, atque ignavi de vulgo homines,

Vervecum in patria, crassoque sub aere nati?

XXXV.

Sane vetustissimos Hebraeos immaterialitatem animae praeconceptam habuisse valde dubitaverim. Verba nempe, quibus animam solebant denotare, נשם, נפש, רוח, חיה, nullam proprie immaterialitatem exprimunt, sed corporeas verius essentias; nisi incognitam nobis in iisdem suspicemur emphasim, quod, vel in veritate rei, videretur arbitrarium. Constantes fuerunt Judaei quidem in anima hominis per divinum quendam flatum significanda. Verum an divini illius flatus ideam habe-

rent

rent quam tuetur recentissimus Philosophus, vix potest definiri. (*) Sublimius est ejus Systema, quam ut evadere potuisset populare. Graeci etiam fateor ac Latini vocibus carent aptis immateriali essentiae significandae; quum eam tamen aliqua ratione praeconcipiant; sed negantibus saltem terminis extensionis ideam ab animae quidditate ablegare conantur. Porro si immaterialem animum praeconcepissent olim Recutiti, haud negaverim faciliori tutiorique via demonstrari posse eosdem eum credidisse immortalem. Ejusmodi adhuc tamen eas inter dotes haud reperitur nexus, ut immaterialitate ignorata, immortalitatem quoque igno-

(*) *Lettre de l'Auteur de l'Essai d'un Systême nouveau, concernant la Nature des etres Spirituels. N. Bibliotb. Germ. T. I. p* 136. Cette hypothèse porte que c'est par ce même principe de vie & du mouvement, que ce Soufle Divin qui est émané & qui émane encore immédiatement de l'être Suprême dont je viens de faire mention, qui donne & qui entretient le mouvement dans le Corps Célestes & dans les autres Etres insensibles créés; que c'est par ce même principe, dis-je, que le Créatur a donné & donne la vie & le sentiment aux Bêtes de toutes les espèces. Je vous demande, Monsieur, quel inconvénient y tronvez-vous, que j'etablisse comme j'ai fait dans mon Ouvrages, que ce même Soufle Divin anime tous les etres sensibles & raisonnables créés & destinés pour l'Eternité, & en particulier la double Machine humaine &c.

ignorare debuerint; aut de ista dubitare; nam etiamsi non alte adeo sapere potuissent, atque acutissimi Recentiores quidam, qui exstensam substantiam quandam imaginari pergunt, neque tamen divisibilem; (*) vel hacce cum divisibilitate tamen cur non potuissent perpetuitatem coire facere, imperioque Dei compositam arbitrari? Cum animi corporeitate certe futuram composuere vitam tot Christiani Patres, acerrimi cor-

(*) *Mr. de la Chambre, Systéme de l'Ame, pag.* 375. L'extension est sans doute une perfection dans les corps, & même les plus nobles, sont plus grands & plus étendus que les autres. Est-il donc vraisemblable que les choses les plus excellentes eussent été privées de cet avantage, & que Dieu qui se fait admirer par la grandeur des Cieux & des Astres, eut fait les Anges & les Ames qui sont sans comparaison plus nobles qu'eux, aussi petits que des points; & qu'il eût approché si prés du non-etre, des Natures qui ont une si grande abondance de l'etre, comme parlent les Platoniciens? Tout ce qui fait ici de la difficulté, c'est que les Anges & les Ames sont indivisibles, & qu'il y a peine à concevoir qu'une chose indivisible ait une extension qui présuppose diverses parties dont il semble que la division se puisse faire. Mais cela est facile à résoudre, si l'on observe qu'il y a deux sortes d'indivisibles, & deux sortes de division. Car une chose est indivisible, ou par impossibilité, n'ayant aucunes parties, quelles qu'elles soient, comme le point; ou par la résistance à la division: Car quoiqu'elle ait des parties, elles ne

corporeitatis ejus una atque immortalitatis Vindices ; Futurum imo , ut innuebamus , Seculum, eorum sententia praecipuum corporeitatis erat animorum fundamentum . Ita nempe Tertullianus Apologetici Cap. XLVIII. *Certe quia ratio restitutionis destinatio Judicii est , eo quod omnino de Judicio Dei pati debent , necessario idem ipse qui fuerat exhibebitur , ut boni seu contrarii meriti Judicium a Deo referat . Ideoque repraesentabuntur & corpora , quia neque pati quicquam potest anima sola sine stabili materia , idest carne : & quod omnino de Judicio Dei pati debent animae non sine carne*

---

peuvent jamais être actuellement divisées , soit parce que sa nature se détruiroit , si on la pouvoit diviser; soit qu'il n'y a point de cause qui le puisse faire: telle est l'Ame, l'Ange, & si l'on veut, tels sont les Atomes dans l'opinion de Democrite, & tels sont les Cieux dans celle d'Aristote , qui croit qu'ils sont indissolubles , & qui pourtant ne se peuvent diviser. Quant à la division, il y en a une qui est réelle, & qui se peut faire effectivement ; l'autre n'est qu'imaginaire ; & c'est celle que l'Eprit fait dans les choses qui ont à la verité quelque extension , mais dont les parties ne se peuvent diviser actuellement. Car il mesure & désigne les portions qu'elles ont, comme si elles se pouvoient séparer en effet. C'est pourquoi on les appelle parties assignables ou virtuelles, quoi que ce dernier mot ne soit pas si propre en cette matiére , d'autant qu'on peut dire de toutes les

carne meruerunt, *intra quam omnia gerunt*. Origenem praeterimus, Ambrosium, Cassianum, & his antiquiorem Theodoretum, Methodium, ab Huetio allegatos, in Origenianorum Lib II. Quaestione IV. Num. XIV. Praeterimus & Recentiores plurimos immortalitatis animae quidem Vindices, corporeum saltem tamen vehiculum animae post mortem adesse arbitratos, propter corporeas ejusdem sensationes. Illud certum interim, Romanorum ceterorumque Gentilium Vulgus, quod profecto Clerici sententia, futuram credebat vitam, pinguiori adeo minerva animum imaginari solitum fuisse, ut de vera quam nos asseri-mus

parties divisibles, qu'elles sont virtuelles, puisque dans la plus saine Philosophie il n'y a point de parties actuelles dans le tout, & qu'elles n'y sont qu'en puissance. En tout cas, celles de l'Ame n'y sont pas d'une maniére plus noble quant à l'existence, que celles de quelque corps que ce soit, puisque les unes ni les autres n'y sont point effectivement, du moins selon cette opinion-là. Quoi qu'il en soit, comme l'Ame a une extension véritable, & qu'il est impossible de concevoir une extension sans parties quelles qu'elles soient; ces parties-là son seulement assignables dans les substances intellectuelles. C'est porquoi, comme elles ne se peuvent diviser actuellement, elles font que l'Ame, toute étendue qu'elle est, demeure indivisible, non par impossibilité, mais par résistance à la division, comme nous avons dit.

mus immaterialitate vix aliquid animo conceptum habere videretur; qui enim Philosophorum doctrinis imbuti non erant, tantum sibi persuadebant, quantum natura ad nonente cognoverant, uti ajebat Tullius, Libro Disputationum Tusculanarum I., *visis quibusdam saepe movebantur, hisque maxime nocturnis, ut videntur ii qui vita excesserant, vivere*. Umbrarum igitur quarumdam instar existere vita functos concipiebant; quales in somnis, reipsa, aut vigilantibus apparere dicebantur, inde illa Aeneae de amissa Creusa, Lib. Aeneid. II.

Quaerenti & tectis Urbis sine fine furenti
Infelix Simulacrum, atque ipsius Umbra Creusae
Visa mihi ante oculos, & nota major Imago.

uti & illa Petronii elegantissima:

Vix Navita Porthmeus
Sufficiet Simulacra Virûm traducere cymba,
Classe opus est.

Tenues quidem ac veluti sine corpore vitas, ex familiaribus Theologiae Gentilium dicendi modis, exque Poetarum maxima licentia ejusmodi appellabant Umbras, quas corporeis adhuc tamen atque humanis prorsus actionibus distineri autumabant, uti ex Mythologia universa, ex utraque Ho-

Homeri ac Virgilii Poemate, ceterorumque ex Elucubrationibus Vatum palam est. Cum Ethnicis autem hac videntur in re convenisse Judaei non modo aetate Christi, quo post Resurrectionem Discipulis adparente, iidem *existimabant se Spiritum videre*, *ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν*; Lucae XXIV. 37, verum & veteres Hebraei, uti ex Samuele patet accersito, qui I. Regum XXVIII. dicitur *adscendisse e terra*. Pythia quippe Saulo quaerenti quidnam vidisset? regessit:

אלהים ראיתי עלים מן הארץ.

Divum vidi ascendentem e terra, uti Castalio & Pagninus recte interpretati sunt; ea quippe vis est frequentissima in Scripturis vocis אלהים; idque etiam indicant subjecta continenter verba, *quae est forma ejus? Quae ait: Vir senex ascendit & ipse amictus est pallio*: Qui plura demum, instar cum corpore adparentis, cum Saulo commutavit verba.

XXXVI.

Sed & pervium est concipiamus, fartum tectumque esse potuisse Dogma Seculi futuri, in altera intellige Oeconomia, absque doctrina Resurrectionis humanorum corporum; sive quod *τὶς ἑορτῇ χαί, τὶς ἑκάστου*, *Animus cujusque est quisque*; sive

quod

quod vulgari ex opinione, foveri patique satis possent fato functorum Umbrae, absque crassiore hoc, quod in vita possidemus, corpore; iccirco recte futura sentire potuisse de vita veteres Hebraeos, nulla praeconcepta ejusmodi Resurrectione, quam credidisse tamen, nobis videtur acute atque docte ostendere Buddeus, in *Meditatione* sua, originem doctrinae de Resurrectione Mortuorum vindicante; praesertim ubi de Danielis testimonio adversus Grotium, & Spinosam. Addimus immortalitatem ipsam visam aliquando non necessariam Dogmati quo de agimus in praesentia. Nota est Origenis opinio, Beatitati poenisque alterius vitae finem statuentis, quam vindicare veluti pergit doctissimus Huetius, Libro Origenianorum II. Quaestione XI. Num. XXV, non modo quod de rebus eo tempore nondum ab Ecclesia definitis varia animo agitare potuerit Adamantius; verum quod & Justinus Martyr, & Irenaeus, & Arnobius, denique Gregorius etiam Nazianzenus, quorum omnium testimonia adfert, immortalitate donatas quidem Piorum atque Beatorum animas autumaverint; ceterorum autem aut tandiu superesse ac perseverare, quoad usque eas Deus & esse & perseverare voluerit; fortasse earum poenas pro Numinis humanitate breviandas; fortasse

Im-

Impios tormentorum diuturnitate & saevitia consumtum iri & exstinctum prorsus, eamque mortem aeternam esse eisdem tam saepe in Scriptura intentatam. Magna ejusmodi certe in rebus utebantur Veteres licentia aut potius libertate; nam & Origenistae ipsi monachi Dogmata de praeexistentia & restitutione animae in eundem statum, de animi natura ejusque duratione, de Angelis, de mundo sive mundis, de Providentia, deque primo aut altero Christi adventu, media adeo atque ab omni periculo aliena afferebant, ut & aliquid de eisdem assequi vix non inutile, & nil etiam assequi, vile damnum arbitrarentur. Quod autem notatu dignum magis, Gregorius etiam Nazianzenus, in Oratione prima de Theologia, gravissimam de perditissimo temporis illius statu attexens querelam, quo, neglectis virtutis studiis, omnes eo temeritatis audaciaeque proruperant, ut sibi fas esse de Deo, deque altissimis ac profundissimis Dogmatis Christiani Mysteriis disputare; ut moderationem ipse in Quaestionibus ejusmodi servandam suaderet, neque cujusvis esse hominis atque cujusvis temporis sermonem de natura Dei instituere; ita denique Orationem claudit: εἰ δὲ σὺ ταῦτα μὲν ἀπαξιοῖς λόγου, ὡς μικρά τε καὶ πολλάκις ἐληλεγμένα, περὶ δὲ τὰ μέσα στρέφῃ, καὶ ζητεῖς τὸ ἐν τού-

τὸ φιλότιμον, ἐγώ σοι κἀνταῦθα παρέξομαι πλατείας ὁδούς. φιλοσόφει μοι περὶ κόσμου ἢ κόσμων, περὶ ὕλης, περὶ ψυχῆς, περὶ λογικῶν φύσεων βελτιόνων τε καὶ χειρόνων, περὶ ἀναστάσεως, κρίσεως, ἀνταποδόσεως, Χριστοῦ παθημάτων· ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἐπιτυγχάνειν οὐκ ἄχρηστον· καὶ τὸ διαμαρτάνειν, ἀκίνδυνον. *Quod si de his rebus* (erroribus nempe Philosophorum, quos libidini Disputationis satiandae in examen revocandos oppugnandosque mox consuluerat Sanctus Pater) *ut parvis ac saepe confutatis disputationem instituere recusas, atque in tuis versari gestis, in iisque gloriam nominisque celebritatem affectas; & hic quoque latissimum tibi campum aperiam. De Mundo, vel de Mundis philosophare, de materia, de anima, de naturis ratione praeditis, tam bonis, quam malis, de Resurrectione, de Judicio, de praemiis ac poenis, de Christi cruciatibus; In his enim argumentis, & scopum assequi utile est, & aberrare minime periculosum.* Futurum igitur si Seculum ac Judicium recte credidisse censentur Origenes, Justinus, Irenaeus, Arnobius, Gregorius, tot alii, qui animam neque per se immortalem, neque Damnatorum aeternam, perpetuasque eorum arbitrati non sunt poenas: jam oppido palam est, ad essentiam substantiamque illius, ita ut loquamur, Dogmatis, immortalitatem

ipsam

ipsam animi olim non pertinuisse visam ; si apud Christianos fulgentissima coruscante Evangelii Luce, ante definitionem tamen idoneam Ecclesiae ; potiori de caussa apud eos, quos tanto lumine caruisse scimus. Ad alterius denique essentiam Seculi quamvis nunc spectet caelestis atque beata Dei Visio ; quod id tamen ab Christianorum divina Revelatione patefactum fuerit ; inque cor hominis ascendere vix ea possint quae praeparavit Deus diligentibus se, videtur icciirco Idea Seculi futuri generalem olim modo exhibere debuisse felicitatis ac miseriarum statum, sive diversa quaedam loca vita functis, pro meritorum diversitate, destinata ; uno verbo, invisibile post hanc vitam Tribunal ac Judicium. Graeci profecto ac veteres Romani, uti jam innuebamus, ex Adversarii etiam mente imo & omnium, futuram credidere vitam ; neque de Resurrectione tamen corporum, aut beatifica de Visione aliquid audiverant ; novitque prudens Lector nos non de Christianorum Dogmatibus agere in praesentiarum, sed de fide potius Hebraeorum.

XXXVII.

Jam & illud addimus, inferioris subsellii Criticum eum agere, qui in Pentateucho ceterisque veteris Testamenti in Libris Hebraeorum, ita ut dicam, *Catechis-*

num quaereret, corumque Religionis Capita omnia aliquo in *Symbolo* collecta, sive Hebraeorum doctrinae Corpus integrum ac Systema absolutum ordine dispositum, ac tale demum, ut nil subintelligi, ut ajunt, nil praeconceptum haberi debeat; quae quidem omnia certum est neque in Novo reperiri Testamento. Et quidem utroque Foederi male nimium cessisset, si in eisdem Formulae ejusmodi & *fidei*, ut loquuntur, *Confessiones* aliquae adessent; quas Adversarius odio habebat Vatiniano, quamcumque demum exhiberent doctrinam, quacumque circumferrentur in Ecclesia. Consentire debuisset laudato Effato Clericus, qui in celebri illo Judicio, sive initio *Judicii Batavorum de Historia Critica Simonii*, eam imperfectionis arguit, quod Gallus Scriptor de consilio non egerit, scopo, & fine Auctorum Sacrorum; quodque Pentateuchi conspectum non ediderit, neque eorum, quae in Moysis Opere continentur necessarium praebuerit argumentum. Hoc igitur tradendum sibi sumit Censor noster, (*) & quae in Elucubratione Simonii deficiunt sup-

(*) Sentimens de quelques Théologiens de Hollande ec *Lettre Prémier pag.* 8. On peut reconnoître en lisant le Pentateuque, & les autres Livres Historiques, que ceux qui nous les

supplenda, adeo quidem ut velit Scriptores illos de evertenda primum opinione aeternitatis mundi sollicitos fuisse; de poena inde quam meriti erant homines ob commissa scelera; de Populorum origine, praesertim Israelitarum; de electione Populi Judaici, deque acceptis specialibus ab eo beneficiis; de voluntate demum Numinis, Prophetarum ministerio ipsis patefacta: haec, uti dicebamus, Clerico si fides, in animo solum atque in consilio

 Scri-

ont donnez dans l'état où ils sont, ont eû dessein premiérement, de nous apprendre que le Monde n'est pas éternel: en second lieu que les hommes étant devenus pecheurs, ils se sont attirez par leur faute tous les meaux qu'ils souffrent: en troisieme lieu, quelle a été l'origine de tous les Peuples de l'Univers; mais particulierement des Israelites, & des Chaldéens: en quatriéme lieu, comment entre toutes les Nations Dieu en a voulu choisir une à qui il s'est fait connoître particulierement: en cinquiéme lieu, quelles Loix Dieu a données à cette Nation, & quelles merveilles il a faites en sa faveur: enfin la bonté que Dieu lui a toujours temoignée en la faisant instruire de sa volonté par ses Prophetes, en lui pardonnant diverses pechez atroces, & en la comblant de mille bienfaits. Si on lit avec un peu d'attention l'Histoire Sacré, on verra sans peine que c'est là l'unique but de ceux qui nous l'ont donnée, ou plutôt qui la donnerent autresfois aux Juifs, & aux Samaritains. On peut tirer de là diverses consequences importantes pour l'intelligence de ces Livres.

Scriptores illi habuerunt ; finis iste & scopus eorum ; universum hoc est Librorum illorum argumentum . Reapse , allegato in Judicio , consequitur Adversarius quoque , non idcirco aliqua evenisse primis temporibus negandum , quod altum de eisdem sit in Moysis Codice silentium ; quum numquam in animo fuerit Prophetae conscribere ac tradere quae acciderunt universa . Docuerat id jam olim Augustinus , Lib XV. de Civitate Dei Cap. VIII his verbis : *Nunc autem defendenda videtur mihi*

Par exemple on peut concevoir par là, qu'il ne faut pas s'attendre à voir une Histoire complette de l'origine de toutes les Nations , & du commencement du Monde, comme le P. Simon l'a remarqué en passant, en quelque endroit de son Ouvrage. Le dessein des Auteurs de cette Histoire n'est que de nous marquer quand le Monde a commencé, & de qui sont descenduës toutes les Nations, & c'est aussi ce qu'ils ont executé avec beaucoup de sagesse. Ils n'ont pas eu dessein de nous dire tout ce qui est arrivé depuis Adam jusques à Abraham, ni de satisfaire la curiosité de ceux qui auroient souhaité d'avoir un détail exact de la maniere dont le Genre humain s'est augmenté , dont il s'est repandu par tout l'Univers, & dont il s'est conduit dans ce premier age du Monde. Ainsi ce seroit une injustice extrême, que de blamer les Ecrivains Sacrez de ce qu'ils ne nous ont pas donné une Histoire aussi complete que nous le souhaiterions, c'est à dire, qu'ils n'ont pas executé un dessein qu'ils n'ont jamais formé.

bi Historia, ne sit Scriptura incredibilis, quae dicit aedificatam ab uno homine Civitatem, eo tempore, quo non plusquam Viri quatuor, vel potius tres, posteaquam fratrem frater occidit, fuisse videntur in terra: idest, primus homo pater omnium, & ipse Cain, & ejus filius Enoch: ex cujus nomine ipsa Civitas nuncupata est. Sed hoc quos movet, pauci considerant, non omnes homines, qui tunc esse potuerunt, Scriptorem Sacrae hujus Historiae necesse habuisse nominare; sed eos solos, quos operis suscepti ratio postulabat. Propositum quippe Scriptoris illius fuit, per quem Spiritus Sanctus id agebat, per successiones certarum generationum ex uno homine propagatarum pervenire ad Abraham, ac deinde ex ejus semine ad Populum Dei &c. In Historia igitur hisce Legibus conscripta & hujusmodi ingenio exarata, quis non videat, pauca, si tamen clare, *per transennam* etiam atque *per allusionem* pronunciata de futuro Seculo, idonea satis superque esse ad Scriptoris ingenium fidemque Populorum ostendendam; ad patefaciendum quid ab Auctore praeconceptum fuerit, quidve praeconceptum fuerit a Populo, de quo Historicus agebat; idonea demum ad supparem opinioni futurae vitae antiquitatem apud Judaeos tribuendam? Infinita

nita certe illustriores Scriptores, apud Romanos atque Graecos obtinuisse olim, demonstrant Instituta, plures mores, plurimasque opiniones, quod ad easdem allusum modo videant, aut obiter de illis dictum in Monumentis Veterum. Cur igitur ex memoratis fato functorum locis in Pentateucho, vetustissimos Israelitas ejusmodi cognovisse loca, claraque gavisos esse futuri cognitione Seculi non concedemus?

XXXVIII.

Rem ita se habere ostendit in primis nobile Benedicti Pererii testimonium, Commentarii in Genesim Libro IV. Quaestione II. ubi scribit: *Verum age, indicemus quibus in locis Moses docuerit animum hominis esse immortalem. Principio, id manifeste ostendit cum dixit, solum animalium omnium hominem ad imaginem & similitudinem Dei esse factum. Si enim animus hominis non esset incorporeus & immaterialis, intelligendi sciendique omnia potens, atque idcirco immortalis, non vere solus homo esset ad imaginem Dei factus. Atque hanc rationem similitudinis humani animi cum Deo, validissimum Plato in Alcibiade & in Phoedone, ad probandam immortalitatem animi nostri putavit argumentum. Et profecto esse omnium rationum quae ad*

id

id persuadendum afferri possunt, firmissimum ac probabilissimum argumentum, multis verbis docet Porphyrius Lib. I. ad Boetum, ut in Lib. II. de Praeparatione Evangelica refert Eusebius. Alter locus Mosis ex quo animae rationalis immortalitas enotescit, est superiori proximus, quo dixit Moses hominem esse cunctorum animalium Principem & Dominum a Deo constitutum: quo declaratur, hominem esse superioris ordinis & gradus naturae quam sint cetera animalia. Tertius est cum Moses ait, Deum inspirasse in corpus hominis animam rationalem; non obscure enim indicavit eam extrinsecus advenire homini & a solo Deo creari, neque ex materia ulla, neque ab alio efficiente generari. Cum enim Moses memoraret generationem aliorum animalium, refert dixisse & jussisse Deum ut terra & aqua producerent animas terrestrium & aquatilium animantium; ea oratione significans, animas ceterorum animalium ex materia elementari esse productas. De anima vero hominis multo aliter loquitur, dicens eam esse a Deo insufflatam, seu inspiratam; ut intelligatur eam diversae conditionis esse, cujus non ex re aliqua corporea, sed ex solo Deo sit origo. Quartus locus est in Capite IV. Libri Geneseos, quo loco scriptum est, Deum dixisse Cain, Sub te erit appe-

appetitus tuus, & tu dominaberis illius: *Quibus verbis perspicue ostenditur libertas humanae voluntatis, cui etiam immortalitas animi necessario connexa est. Quintus locus est in Capite XXXVII. Geneseos, ubi sic loquitur Jacob*, Descendam ad filium meum lugens in Infernum: *nec per Infernum interpretari possumus Sepulchrum ubi conditum esset corpus Josephi; siquidem Jacob crediderat Joseph dilaceratum & devoratum esse a feris: debet igitur intelligi de Inferno proprie dicto, in quem omnium hominum etiam Justorum animae ante adventum Christi descendebant. Sextus locus est in Cap. III. Exodi: scriptum est enim eo loco dixisse Deum Moysi*, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob: *Quod Dominus noster in Evangelio Matthaei II. commemorans adjecit*, Non est Deus mortuorum, sed viventium. *Septimus locus est in Cap. IV. Deuteronomii, quo loco dicitur Solem & Lunam, & omnia coeli astra esse a Deo facta & destinata ministerio cunctarum Gentium: at si homo esset ex omni parte materialis & mortalis, esset profecto ignobilior astris, nec astra propter eum facta esse dicerentur. Patet igitur, animum nostrum esse immortalem, significatum esse a Mose, tum ubi de creatione hominis agit, tum aliis Pentateuchi*

locis.

locis. Hucusque Pererius.

Fateor jam vero non omnia quae adfert momenta ejusdem virtutis esse atque roboris; ejusmodi adhuc tamen sunt, ut in Historia illa a Moyse conscripta, tum praeconceptam indicent perennitatem hominis, (*) tum eam quoque indicare videantur. Quoniam tamen in eo fuit Adversarius, ut ad captum Populi, clare aperteque, futura de vita Vetere dictum in Testamento ostendi sibi postularet, principiis nunc omnibus atque illationibus omissis, evidentiora in medium producemus testimonia.

XXXIX.

(*) *Jurieu*, *Histoire des Dogmes & des Cultes de l'Eglise Part. I. Chap. III.* Je conclus donc de tout ceci que la Theologie des Anciens, avant Moyse, contenoit tout ce qu'il y a d'essentiel dans la Religion; par exemple. 1. Que Dieu est seul digne d'être adoré, qu'il est infini, qu'il connoit toutes choses, qu'il remplit le Ciel & la terre. 2. Qu'il est le Createur & le Conservateur du Monde. 3. Que les desordres du peché n'arrivent que par sa permission. 4. Que la justice de Dieu a toûjours les yeux ouverts sur la conduite des hommes, pour observer ce qu'ils font de bien ou de mal, afin de les recompenser, ou de les punir. 5. Que ce n'est pas ici le lieu des récompenses, & que dans le Siécle present Dieu distribuë indifferement les calamitez & les prosperitez aux bons & aux mechans... Ce sont-là les principaux Articles de foi, dont

XXXIX.

Porro citra ambages apertissimeque fato functorum loca, sive animarum receptacula, alteriusque stationes vitae in Pentateucho fuisse memoratas, evincunt Paphrases illae Moysi frequentissimae de Patriarchis hasce auras relinquentibus: *mortuus est, congregatusque ad Populum suum; & congregabor ad Populum meum, pergat Aaron ad Populos suos; ibis & tu ad Populum tuum; jungeris Populis tuis; & appositus Populis suis*; similibusque dicendi rationibus, quibus Auctor videlicet Pentateuchi satis denotat, eos, de quibus loquebatur, dum moreretur, ex opinione quoque apud Populum recepta, hanc cum futura vita commutasse, & ad locum in quo adhuc aliquam agebant Majores eorum vitam perrexisse.

Loca

cette ancienne Eglise a eu connoissance. Aprés cela il me semble qu'on ne peut pas lui refuser une connoissance trés distincte, & une foi trés ferme de l'immortalité de l'ame, des récompenses & des peines du Siécle à venir: & s'il n'en est pas expresſément parlé dans les Livres dont nous tirons la Théologie des Anciens fidéles, c'est qu'ils ont jugé cela inutile; parce que ces veritez sont les principes qui se presupposent dans toute Religion, & sans lesquels il seroit impossible d'établir dans les Esprits aucune crainte de Dieu.

Loca reapse illa ad vita functorum incolatum pertinere egregie demonstrat Cl. Calmetus in Dissertatione de Natura Animae & ejus post mortem statu ex sententia veterum Hebraeorum his verbis : *Legimus Abrahamum , senio confectum obiisse* , & congregatum esse ad Populum suum . *Ad quem , rogo , Populum ? An ad Thare , Nachor , & Heber ? Numquam profecto ille. In Chaldaea & Mesopotamia Viri illi sepulturae mandati , corpore , ab illo , discreti manserunt ; cum in Spelunca , pretio ab ipso comparata , in Chanaanitide Abrahami Cadaver jacuisse constet . Anima ergo Viri Sancti Patrum suorum Animas convenit , una pariter cum illis Resurrectionem in loco destinato opperiens . Jacob , accepto de nece filii sui Joseph nuncio , ejulans clamabat* : Descendam ad filium meum in Infernum , *in Sepulchrum scilicet . Numquam sane duo simul Cadavera , suum nempe & filii , jungi posse notat moestissimus Pater , ratus non aliud concessum carissimo filio tumulum , quam carnivorae cujusdam belluae ventrem ; sed alterius vitae cum illo consuetudinem suspirabat . Cum Deus ad Moysen loquutus edicit* : Pergat Aaron ad Populos suos , non enim intrabit terram , quam dedi filiis Israel ; *& cum pa-*

pariter ad Moysen: Conscendens (montem Nebo) jungeris Populis tuis ; *haec sane ad Literam numquam exponentur , ea si intelligas de Sepulchro ; constat enim* Hor , *ubi Aaron , &* Nebo , *ubi Moyses diem clauserunt , montes esse , illum Arabiae Petreae , hunc Moabitidis , dissitos plane a Mesopotamia , Chaldaea , & Chanaanitide , ubi avita illa Patrum Hebraeorum Sepulchra . His ergo phrasibus apertissime instruimur alterius vitae , in qua simul omnes convenirent , spem inditam Patriarchis , qua pariter laetatus David dolorem suum in obitu filii ex Bethsabee nati solabatur :* Ego vadam ad eum , ille non revertetur ad me . *II. Regum XXII.* Hucusque Calmetus .

X L.

Horum in interpretatione locorum consonat cum Calmeto ceterisque Orthodoxis Exegeticis Adversarius ipse (*) prima fronte ,

(*) *Sentimens de quelques Théologiens de Hollande &c. Lettre XIX. pag.* 428. Les Payens de la Palestine croyoient que les ames descendoient aprés la mort dans un certain lieu soûterrain , où elles souffroient , ou étoient récompensées , selon qu'elles avoient bien ou mal fait , pendant qu'elles avoient été attachées aux corps qu'elles venoient de quitter ; & c'est d'eux que les Grécs & les Latins ont pris leur Théologie. De là vient que dans l'Ecriture on trouve

te, qui in *Judicio Theologorum Batavorum de Historia Critica Simonii*, Epistola XIX. Ethnicam originem Hebraicae sive Patriarcharum Linguae ut assereret, de voce שאול agit, eamque, uti apud vetustissimos Palaestinae Populos, ita apud Abrahami Nepotes etiam, vita functorum locum designasse docet; indéque ortas phrases illas de Abrahami, Jacobi; Moysis atque Aaraonis morte. Haud mirabitur vero Lector, potuisse Clericum, diversis licet in Lucubrationibus, adeo contradicentia propugnare; quum ignoret nemo, illud in eo vere triumphasse vitium, ipsumque numquam stetisse sibi. In allegato *Judicio Batavorum* oppugnabat Vir Clarissimus Simonium, qui malis avibus nullibi in Testamento Vetere de futura vita dictum statuebat: iccirco solius moralis Traditionis ope,

 ejus-

descendre dans le lieu des morts, pour *mourir* simplement. Ainsi Jacob croyant que Joseph avoit été dechiré par les bêtes farouches, dit: *Certainement je descendrai au lieu des morts vers mon fils*. C'est aisi qu'il faut traduire *Sçeolah*, qui ne peut pas signifier en cet endroit le Sepulcre, puisque Joseph, dans la pensée de Jacob, n'avoit point été enseveli. C'est de là qu'est venuë cette maniére de parler si commune dans l'Ecriture, & qui signifie aussi la même chose, *être recueilli avec ses peuples &c.*

ejusmodi adservatum apud Judaeos consequebatur Dogma; oblitus certe principiorum caussae, quam male tuebatur; neque enim illud ex Traditione derivatum apud nos dicitur, quod nullibi scriptum est; sed illud quod scriptum modo non fuit ab Auctore primo Doctrinae traditae, quod tamen apud eos, qui doctrinam illam professi sunt, scriptum aliqua esse ratione debet. Itaque totus tunc erat Clericus, (*) futuram,

(*) *Defense des Sentimens de quelques Théologiens d'Hollande &c. Lettre XVI. pag.* 404. M. Simon dit que si on examine avec application toutes les façons de parler du Vieux Testament, on n'y trouvera point ce lieu des morts tel qu'on l'a representé. Il ny a rien à repondre à ces sortes de generalitez, dans les quelles nôtre incomparable Critique se tient renfermé autant qu'il peut, si ce n'est qu'on peut assurer aussi froidement le contraire, & renvoïer ceux qui voudront juger de cette Dispute aux passages que l'on a citez. Mais il faut aussi remarquer que l'on a dit expresséments que les Hebreux n'entendoient que dans un sens figuré ce que les Cananéens prenoient à la Lettre, & qu'ainsi on n'a pas crû qu'on pût prouver par ces expressions qu'il y eut un lieu soûterrain, où les ames des morts descendissent. Nôtre Auteur ajoûte *qu'on ne voit pas clairement dans l'Ecriture que les Juifs aïent parlé de l'état d'une autre vie que depuis la domination des Grecs*. J'avouë qu'il n'y a rien dans l'Ecriture qui puisse paroître de la derniére clarté à des gens qui n'en-

ram ut vitam a Judaeis creditam testimonio non solum Pentateuchi demonstraret, sed usurpatis etiam hocce in Opere principiis; antiquissima nempe Traditione, atque consensione unanimi Generis humani; quapropter in *Vindiciis* illius Judicii Batavorum, Epistola XVI. *Quare*, inquiebat adversus Simonium, *futurum Seculum non noverint Hebraei, quum vel ante Alexandri Imperium illud cognoverint aperte Graeci? Neque ferendum enim in re adeo necessaria, tot ante Secula, doctiores fuisse Ethnicos Populo Israelis, quos utique futurum spectasse sperasseque Seculum, eorum ex testimoniis*

N 2 in

---

tendes pas à fond la langue Hebraïque; mais le raisonnement de nôtre Seigneur contre les Saducéens fait assez voir, que ceux qui l'entendoient bien sentoient dans ses expressions ce que tout le monde n'y sent pas aujourdhui. Outre cela, encore que les Livres du Vieux Testament n'en parlent pas si clairement, il ne s'ensuit pas qu'on n'ait rien dit *de l'état d'une autre vie avant la domination des Grecs*. Il semble tout à fait absurde que les Payens aient sû qu'il y avoit une autre vie que celle-ci, plusieurs siécles avant qu'on en parlât parmi le Peuple de Dieu. Tout le monde sait que les plus anciens Auteurs Payens en ont parlé clairement dans leurs Livres, & l'on peut voir un recueil de divers passages tirez de leurs Ouvrages, dans la Chronologie de Marsham.

in Chronologia Marshami ad vocem 'Αδης *comparentibus videre est* .

Prima fronte tamen probe dixi, haec cum nostris interpretatione Adversarii consonare; obliti videlicet in *Vindiciis Judicii Batavorum* rerum earum, quas in ipso docuerat Judicio, sive Tomo Operis illius primo, Epistola XIX., ubi ex aliquibus male enarratis Scripturarum testimoniis, diversas ea in re sibi non videri dixerat confusissimas Hebraeorum Ideas ab obscurissimis Imaginibus Ethnicorum, qui cadentibus in terram corporibus, hisque humo tectis, sub terram censebant agi vitam mortuorum; quare simillimae, imo eaedem, ejus sententia, apud Utrosque subterraneorum ejusmodi Regionum descriptiones; Poetarumque ac Tragicorum instar, omnia apud Hebraeos pronunciata; redolere omnia mentem, ideas, placita, Theologiam Ethnicorum; ipsa imo eadem, Hebraeorum opinione, subterranea loca, quae Gentilium in mente; talia videlicet, ut in eisdem vita functi cogerentur omnes; cum iis iccirco, quae in praesentiarum futura de vita credimus, nulla ratione componenda.

XLI.

Verum jam vidimus, essentiam doctrinae Seculi futuri optime stare potuisse, imo & stetisse, absque fulgentioribus doctrinis,

quibus

quibus hodie gaudemus; creditaque modo locorum atque Incolarum diversitate, sat etiam creditum Seculum futurum. Ceterum Hebraeos certa credidisse loca vita functis destinata, ex Pentateucho probavit Adversarius ipse; quam ideam vero haberent ejusmodi locorum, certo numquam valebit definire habita ratione solum vocis שׁאול atque praetermissa locorum exigentia. Neque enim Gallico illo in Opere opinari debuisset Clericus rem futuram sibi semper cum homine Hebraicae Linguae ignarissimo; aut arcani quo inexpertis, prope dixerim, imponimus. Scilicet, si de generali atque idoneo quodam Scripturarum sensu sermo est, nulla in nobis certe oriri potest dubitatio, quin eum probe attigerimus; ast ubi de emphasi, verius de idea agimus, quam vocibus aliquibus affigere veteres Hebraei potuerunt, vel Orientalium callentissimus Linguarum haereat necesse est; nisi aut fallere velit, aut sit Mortalium audacissimus. In Lingua a nobis adeo remota eodem nos loco sumus, atque Itineratores ii, ante devictam ab Alexandro Asiam, vulgatamque per Orientis Regna Graecam Linguam, de quibus Lib. Historiar. III. loquitur Polybius: *Ut autem de iis quae videras sermone ab aliis ipse docereris aliquid; id vero pro-*

pter Linguarum diversitatem erat adhuc difficilius. ἔτι δὲ χαλεπώτερον, τὸ περὶ τῆς ὁραθέντων διὰ λόγου τι γνῶναι καὶ μαθεῖν, διὰ τὸ τῆς φωνῆς ἐξηλλαγμένον. Eodem sumus loco, quo Polybius ipse, qui Romanarum Reipublicae ac Linguae licet callentissimus, primum tamen foedus Romanos inter & Carthaginienses relaturus, Coss. nempe Junio Bruto & M. Horatio, de recta interpretatione sua antiquissimis ex tabulis pene diffidebat; *siquidem*, subdebat allegato Libro, *veteris Linguae etiam Latinae tanta diversitas est ab illa, qua hodie utuntur, ut vel peritissimi nonnulla aegre ubi animum attenderint explanare queant*; τηλικαύτη γὰρ ἡ διαφορὰ γέγονε τῆς διαλέκτου, καὶ παρὰ Ῥωμαίοις τῆς νῦν πρὸς τὴν ἀρχαίαν, ὥστε τοὺς συνετωτάτους ἔνια μόλις ἐξ ἐπιστάσεως διευκρινεῖν. Ita res igitur est qua de agitur in praesentia; si nempe quantum ignoremus ingenium Linguae intimum, qua conscriptus Pentateuchus est, illiusque indolem, emphasim, & atomam, itaut loquar, phraseologiam, probe animadvertimus; sique sinceritate debita fatemur, haerere nos totius vitae spatio in universalioribus Anomaliis dignoscendis, & exceptionum myriadibus, quae Regulam non firmare demum, sed penitus evertere videntur; inferemus procul dubio impervium prorsus esse, intimos penetrare quosdam nominum

eorum

eorum sensus, quae pro re nata, atque ad usum hominum eos facillime callentium, per transennam, ut ajunt, ac veluti dimidiate vetere Hebraeorum ab Scriptore usurpantur. Haud ignoramus quidem, a Barbarie in exilium acta, ad haec usque tempora, haud defuisse Viros celeberrimos, Hebraicae Linguae peritissimos, qui emphasim verborum quoque & nominum, generalem saltem, enodare perrexerunt. Verum quibusnam mediis, quibusve ex fontibus? Ex radice scilicet quae saepenumero multiplex esse potest; ex analogia, ex loci exigentia, ex adjectis; quae quidem omnia nonnisi ex jam concinnatis Interpretationibus fluxerunt; aut demum ex Massorettharum punctatione, quae nova, quae arbitraria, quae fallax nonnunquam habita est: uno verbo: de Lingua agitur, cujus Lexica ex Versionibus habemus, non vetere aliquo ex Lexico Versiones. Male, fateor, acceptum fuit universis Simonii de nova Scripturarum Interpretatione cogitatum. Sed non alia profecto de caussa, nisi quod vel iis caremus in praesentiarum adjumentis, quibus usi fuere Veteres, aut saltem potuere, qui in vocum emphasi enarranda errarunt tamen aliquando. Demum dum perpendimus, quosdam hodierna quacumque florescente etiam in Lingua esse dicendi modos,

 pe-

peculiarium praesertim Dialectorum, quarum intimam atque ethnicam significationem neque universalis Grammatices, neque analogiae tamen ope umquam attingere valeres, sed usu solum, qui antiquatis in Linguis nullus est, & vel in usu receptis eosdem aliquando intra parietes variatur; inde in eam jure ac merito suspicionem ducimur, substantiam & essentiam quidem rerum Vetere in Testamento conscriptarum satis nobis esse cognitam; quas in loco potestates tamen aliquibus tribuerent vocibus veteres Hebraei, quasve ideas proprie aptarent nomini שאול, ex sola Hebraicae cognitione Linguae nos assequi non posse.

Nec absona aut ignota Clerico nos in praesentia effutire arbitretur Lector; scilicet ex Viri ejusdem Cl. principiis haec profluere videntur. Qui adnotationes ejus legerit in Novum Testamentum, dignoscere potuerit, quas ipse remotas potestates vulgaribus nominibus contendit esse tribuendas, quas videlicet non ex vulgatis erui sinit Lexicis, sed ex intima cognitione Hellenismi. Sic ἀγαθὸς, ejus sententia, Novo in Testamento significat *beneficum* ac *liberalem*; Ἀγγελία Propheticam doctrinam denotat, aut ipsam edendae Prophetiae, qualiscumque ea fuerit, actionem; Ἁγιάζειν *Sanctum ha-*

bere

bere & purgare; 'Ἀγνοήματα aut 'Ἀγνοεῖν non ignorare, ſed *peccata & peccare*; aliaque ejuſmodi ſexcenta, de quibus in locupletiſſimo gloriatur Indice ad calcem allegatarum Additionum ad Hammondum: quibus tamen in novis affingendis ſenſibus lucem aliquam vetuſtiſſimis a Lexicographis mutuatus eſt; cui ſimilem in re Hebraica non niſi a recentioribus Rabbinis derivare poſſumus; quos ipſe jure ac merito flocci facit.

X L I I.

Quanam ratione igitur aliquid de vocis שאול ſignificatione apud vetuſtiſſimos Iſraelitas tuto definiemus? Non alia methodo arbitror, niſi ex Adverſarii principiis. Nempe eaſdem veluti videri, ait ipſe, Hebraeorum veterum atque Gentilium ideas, eandem prorſus doctrinam. (*) Accipimus ita-

(*) *Sentimens de quelques Théologiens de Hollande &c. Lettre XIX.* Les Cananéens croyoient que tous les peuples de l'Univers étoient ramaſſez comme en diverſes troupes, dans ces lieux soûterrains, où on les alloit trouver en mourant. C'eſt pourquoi on trouve dans les Ecrivains Sacrez des deſcriptions de l'état des morts, ſemblables à celles que l'on voit dans les Poëtes Payens. Ne ſemble-t-il pas en liſant les paroles de Job, que l'on entend parler un Payen des tenebres affreuſes des Enfers, où, ſelon les Poëtes, aucun rayon de lumiére ne diminuë l'horreur de cette éternelle nuit? &c.

itaque conditionem ; eademque ipsa ex similitudine, qua Adversarius utitur, ostendimus Hebraeos sat idonea olim gavisos fuisse Seculi futuri cognitione ; quantum sinebant nempe temporum illorum vices, & Oeconomiae veteris conditio. Subterranea siquidem Hebraei veteres aliqua credentes loca vita functis destinata, id si praestabant, ut ait Clericus, more Gentilium antiquorum, praemium actorum certe ac poenam se in illis consequuturos locis expectabant. Ut ut enim nonnulla per emphasim aut licentia Poetarum, nonnulla per allegoriam expressa in Elucubrationibus Gentilium facile inveniamus ; ast in eisdem distinctionem adhuc perpetuo reperimus illam Justorum impiorumque post mortem. Diodorus Siculus Lib I. de Graecis excellentibus doctrina Viris agens, qui eruditionis gratia in Aegyptum profecti sunt, testatur Orpheum ex ea in regionem transtulisse suam *Impiorum in Inferno poenas, & virentia Bonorum prata*, τὰς κατ' ἀσεβῶν ἐν ᾅδου τιμωρίας, καὶ τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας ; quo utique ex testimonio Graecanicas de Beatorum altera in vita Sedibus atque Impiorum Inferis opiniones ab antiquioribus Populis novimus derivatas. In Orci trivio sedere Judices memorat Plato in Gorgia, a quibus, ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ, ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους,

ἡ δ'

ἡδ' εἰς Τάρταρον ; deinceps duae viae tendunt, haec ad Beatorum Insulas , illa ad Tartarum . Idemque prorsus Diphilus Comicus apud Clementem Alexandrinum Lib. Stromat. V.

> Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς , ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ ·
> Καὶ , γὰρ' καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομεν ,
> Μίαν δικαίων , θατέραν ἀσεβῶν εἶναι
> Ὁδόν .

Jam enim vero animadversum & olim non semel Sapientibus , quaecumque sparsim in vetusto illo Orpheo , in Homero , Graecisque Vatibus, addo etiam Philosophis, quaecumque apud Platonem in Phaedone , inque Apologia Socratis , aut Gorgia , aut Legibus , alibique occurrunt , ea omnia Maronem in Libro Aeneidos IV. miscuisse. Porro in subterraneis illis animarum , de quibus iste agit , locis non Tartarum modo atque lugentes Campos , sed fortunatorum etiam sedes adiit Aeneas ; quare ita ad illum Sibylla ductrix :

> *Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas :*
> *Dextera , quae Ditis magni sub moenia tendit ,*
> *Hac iter Elysium nobis : at laeva Malorum*
> *Exercet poenas, & ad impia Tartara mittit.*

Heinc

Heinc postquam exaudisset ille gemitus, & saeva sonare verbera, stridorem ferri tractarumque catenarum, ceteras omnes eorum poenas, qui discere Justitiam renuerunt moniti & non temnere Divos;

Devenere locos laetos & amoena vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.
Largior hic Campos aether & lumine vestit
Purpureo, Solemque suum sua Sidera norunt.

Adeo aperta vero haec erat in re Ethnicorum sententia, ut quum veteres Ecclesiae Patres (quod jam ostendimus) animas assererent post mortem quoque sensu praeditas esse; ac impiorum quidem excruciari, proborum vero suppliciis liberas agere: cum Poetis & Philosophis eadem se asseverare declararent; quod praesertim Justinus Martyr praestitit in Apologia prima, ceterique inprimis Chiliastae Patres, nonnisi iisdem subterraneis in locis cum Inferos, tum Paradisum etiam, ante Judicium universale aliquando statuentes. Ita namque Tertullianus Libri de Anima Capite LVIII. *Omnes ergo Animae penes Inferos, inquis, velis ac nolis, & supplicia illic & refrigeria, habes pauperem & divitem. Cur enim non putes animam & puniri & foveri in Inferis interim sub expectatione utriusque Judicii in quadam usurpatione & candida ejus?* Et Li-

Libro de Resurrectione Carnis Cap. XVII, *Nam & nunc Animas torqueri, foverique penes Inferos, licet nudas, licet adhuc exules carnis, probavit Lazari exemplum*. Eademque in sententia versabatur Novatianus, Libro de Trinitate Cap. 1. scribens: *Namque quae infra terram jacent, neque ipsa sunt digestis & ordinatis potestatibus vacua; Locus enim est, quo piorum animae impiorumque ducuntur, futuri Judicii praejudicia sentientes*. Certum denique adeo est, omnes prorsus Gentiles, subterraneis illis tantum praeconceptis locis, rationem adhuc tamen in eisdem habitam existimasse diversitatis Incolarum, ut gravissimam effugere non potuerit censuram elegantissimus Gallus Scriptor, (*) qui Dialogos Mortuorum finxit, quod rerum ordinem & loca illa, &

(*) *Jugement de Pluton sur les Dialogues de Morts de Mr. Fontanelle*: Jamais il n'y eut tant de desordre dans les Enfers. C'est une confusion que l'on avoit de la peine à croire. Il y avoit auparavant diferens Quartiers, où l'on mettoit ensemble tous les morts de même condition. Ils s'y entretenoient de ce qui leur étoit convenable; ou bien ils ne disoient mot; mais depuis qu'ils ont lû les Dialogues qu'on leur fait faire, tout est renversé. Les Courtisanes se sont jettés dans le Quartier des Heros, & leur ont dit cent sottises, dont la gravité de ces Messieurs a été fort offensée. Les Sçavans qui faisoient la cour aux Princes, les ont traitez comme les

vita functorum classes veluti perturbans ac evertens, Heroas cum Scortis, cum Philosophis Poetas, diversae denique indolis atque meriti Umbras, contra decorum & praeconcepta universalissima, inter se se induxerit loquentes. Vel igitur si cognitionem futuri Seculi, qua gavisi sunt veteres Hebraei, ad Ethnicas, uti contendit Clericus, restringimus ideas; praecipua cadit ipse tamen caussa; subterranea nempe habemus credita ab ipsis loca, quae diversissimas pro Incolarum continent diversitate stationes atque sedes.

XLIII.

Princes devoient traitter les Sçavans. Les rangs qui étoient reglez entre eux selon l'ordre naturel, ont été troublez, & l'on a vû Charles V. qui marchoit à la suite d'Erasme, & qui le traitoit de Majesté. Si Pluton a affaire d'un mort, il ne sçait plus où le prendre. L'autre jour il fit chercher Aretin par tout l'Enfer. Comme on ne le trouvoit point, on croyoit qu'il se fût évadé, & on n'avoit garde de s'imaginer qu'il étoit avec Auguste. Pluton rencontra par malheur Anacréon & Aristote qui parloient ensemble, & dans le tems qu'il poussa l'un par les épaules dans le Quartier des Poëtes, & l'autre dans celui des Philosophes, il apperçut proche de là Homere & Esope, qui étoit sortis chacun de leur demeure pour se faire des complimens, & puis pour se dire des injures &c.

XLIII.

Nec aperte minus utrumque, Beatorum scilicet, atque impiorum statum in Literis Sacris legimus, prophetico licet atque emphatico stylo denotatum; dum nempe ita inquiebat Isaias ad Regem Babylonicum, Cap. XIV. *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas Gentes? qui dicebas in corde tuo: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte Testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Veruntamen ad Infernum detraheris, in profundum laci: qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient &c.* Sunt haec posteriora per Ironiam dicta, uti & illa, vix ante relata verba: *Infernus subter se conturbatus est in occursum adventus tui, suscitavit tibi Gigantes. Omnes Principes terrae surrexerunt de soliis suis, omnes Principes Nationum, universi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis factus es.* Videlicet Ethnicum ut Principem Isaias irrideret, ad opinionem alludit illam veterum Gentilium, ad quam allusit Libro Aeneidos VI. Romanorum Princeps Vatum, qui claros bello Duces Aeneae oc-

cur-

currentes ita in Inferis inducit :

Inde datum molitur iter . Jamque arva tenebant
Ultima , quae bello clari secreta frequentant ,
Hic illi occurrit Thydeus ; hinc inclytus armis
Parthenopaeus & Adrasti pallentis Imago .
Hic multum fleti ad Superos , belloque caduci
Dardanidae : quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit : Glaucumque , Medontaque , Thersilochumque ,
Tres Antenorida , Cererique sacrum Polybetem ,
Idaeumque etiam currus , etiam arma tenentem .
Circum stant animae dextra , laevaque frequentes ,
Nec vidisse semel satis est ; juvat usque morari
Et conferre gradum , & veniendi discere causas .

Fortasse solum erit hoc poeticum decorum ; in quo praeconceptum vides tamen Seculum futurum . Cur idem praeconcipiendum non erit in Ironia Isaiae ?

Auctor Libri Jobi vita functorum locum

cum appellat. fateor, *terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriae & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*. Cap. 10 Videntur ista vero, ait Clericus, cum descriptione convenire Vestibuli aut Regionis, quae ad Ortum ducebat Trojano cum Milite Sibyllam. Verum qui Hebraicam linguam vel primis degustaverit labris, allegorica haec, hasce, ut ajunt, non mirabitur circumloquutiones; quum ejusmodi sit natura Linguarum omnium Orientalium, Hebraicae praesertim, quae quid aliud rogo, quam continuatum Hieroglyphicum? Cl. Windetus in מנחה בלולה, sive allegato in Stromateo Epistolico de vita functorum statu ex Hebraeorum & Graecorum sententiis comparato, Sectione II. voces ארץ נשיה, שחת, דומת, באר vel בור השך ארץ ועלמות, formulas fuisse docet sat idoneas, quibus Hebraei exprimerent שאול, subterranea nempe loca vita functis destinata; quum Graeci aeque nominibus *corruptionis silentii, terrae tenebrarum, umbrae mortis, tenebricosi itineris* atque

oblivionis 'Αἵδω figurate denotarent. Varia illa nomina collegit ex Scripturis etiam Johannes Saubertus in Disputatione de Beatitudine & Damnatione aeterna ad Articulum XI. Symboli fidei Judaeorum: שאול vel שאלה *Infernus, Barathrum, vorago, Sepulcrum.* אבדון *Perditio.* Proverb. XV. XXVII. Jobi XXVI. באר שחת *Puteus perditionis,* Psalmo LV. צלמות *Umbra mortis,* Psalmo CVII. בור שאון *Fovea sonitus,* Psalmo XL. טיט היון *Lutum caeni.* Ibid. ארץ תחתית *Terra inferior,* Ezech. XXXI. בור תחתיות *Lacus Inferorum,* Psalmo LXXXVIII. Possibile ne phrases omnes istas haud satis menti significasse Judaeorum, aliquem sub terris locum, ubi ordinate inconfuseque, ratione videlicet actae vitae habita, probi improbique agere deberent?

XLIV.

Duo hic Scriptores celeberrimi notandi, Simonius videlicet, atque Herbertus Baro de Cherbury. Prior in Bibliothecae Cri-

Criticae Tomo II. pag. 505., nescio quos Exegeticos sequutus, Hebraeos olim nomen aliquod Beatorum denotandis Sedibus aptum habuisse inficiatus est, quod vox פרדס *Paradisus*, quam non Hebraicae esse, sed Persicae originis ostendit; quaque tum Nehemias, tum etiam Ecclesiastici & Cantici Canticorum Auctores usi sunt, terrestrem hortum literaliter significet; quodque גן עדן Edenis hortum Mosaica in Historia denotet. Quid inde tamen quaeso? Nonne mystico adhuc atque tralatitio sensu, communique ex usu, sumi nomen istud potuit ad significandas Beatorum sedes, uti reapse hujusmodi sensu in Evangelio sumitur, in Epistola ad Corinthios, & in Apocalypsi? Frequentissimum id experimur ceteris in Dialectis atque Linguis, quae tamen neque adeo allegoricae sunt atque Hebraicam esse constat; & in quibus propriorum sensus nominum certus magis est atque cognitus. Accedit, ex Regionibus, sive ex nominibus locorum amoenitate aliqua illustrium, aut turpitudine execratorum, Veteres Caelitum, uti ajebant, regionibus, atque subterraneis vita functorum locis indidisse nomina: cui profecto rei lucem praestant quae Polybius habet Capuanos descri-

pturus campos, ubi Carthaginienses suo cum Annibale insederunt. *In mediis campis*, inquit ille, *sita Capua est, Civitas quae omnes alias felicitate quondam superabat; estque adeo cum primis probabile quod in fabulis de hisce campis narratur: nam & hi quoque Phlegraei nominati sunt, ut & alii praecipua bonitate insignes. Et sane de his potissimum Deos inter se pugnasse simile vero est, propter eorum amoenitatem & praestantiam*. κατὰ μέσα δὲ τὰ πεδία κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πασῶν ποτὲ μακαριωτάτην γεγονεῖα πόλιν Καπύην. ἐπεικέστατος δὲ καὶ παρὰ τοῖς μυθογράφοις ὁ περὶ τούτων τῶν πεδίων λέγεται λόγος. προσαγορεύεται δὲ καὶ ταῦτα φλεγραῖα, καθὰ καὶ ἕτερα τῶν ἐπιφανῶν πεδίων· θεούς γε μὴν μάλιστα περὶ τούτων εἰκὸς ἐρικέναι, διὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. (Libro Historiar. III.) Maro dum Libro Georgicarum IV. Orphei fabulam describit, Taenarum memorat Laconiae Promontorium, cujus per fauces patere ait ad Inferos descensum. Verum idem Vates, ubi descendentem inducit ad Inferos Aeneam, non ad allegatum Laconiae Promontorium ostia Ditis figit, sed ad Cumanum Sibyllae antrum, juxta Avernum lacum, in quem restagnare adhuc dicebatur Acheron; quare & νεκρομαντεῖα locus idoneus Homero visus, atque vestibulo Inferorum: frequens adeo erat olim ex analogia

logia & similitudine locorum usus nominum. Inferiorum temporum Judaei damnatorum locum *Gehennam* appellabant, ex גי הנם Valle scilicet Hierosolymis vicina, in qua post Josiae regnum Cadavera projiciebantur perpetuo igne comburenda. Athenienses subterranea eadem Vita functorum loca *Barathrum* vocabant, ex loco profundissimo ad Athenas sito, in quem Damnatos non apparituros amplius injiciebant. Elysios Campos Strabo ad extremam Hispaniam collocabat, Plutarchus in Insulis Canariis; alii Lesbo, Homerus in Messenia, ex animadversione Lakemacheri, aliis in locis alii, in quibus tamen, aeque ac in Messenia, nobiliores campi, optima aeris temperies, Zephyrique suaviter spirantes laetitiam voluptatemque praestare crederentur. Cur apud veteres Judaeos igitur, hortus ille, quem Deus praesertim in Edene sevit, ceu sensibilium amoenissimum, ad summam illam caelestem ac beatam significandam amoenitatem non potuit cessare? Sed neque necessum erat ut nomen Hebraei haberent felicitatis loco, uti nos concipimus, significando; quum per loca vita functis destinata certum satis sit, futuram eos cognovisse vitam, de qua quaerimus in praesentia.

 XLV.

XLV.

Edoardus Herbertus de Cherbury postquam, uti vidimus, in Libro *de Religione Gentilium*, ostendisset summa inter Religionis Gentium prorsus omnium Capita, creditum illud quoque, dari scilicet praemium ac poenam tum in hac vita, tum etiam post hanc vitam, ita demum differere pergit Cap XV. *Ast cum Sacerdotes & loca simul, ubi praemia acciperent benemeriti, vel poenam sontes, edicere sunt ausi, ita ut Elysios campos, Beatorum Insulas, Astra, Caelum bonis: Tartarum, Erebum, Orcum, & quatuor Inferorum flumina malis post hanc vitam adjudicari docerent, in errorem non levem incidebant: longe facilius quippe Populo persuasissent pro Justitia Divina dari alicubi supplicium, vel poenam pro meritis uniuscujusque condignam, tametsi vel locum, vel modum, vel durationem nescirent; quam si temerarie aliquid de Cryptis subterraneis circa terrae centrum, aut de mediae aeris concamerationibus, aut de modo vel duratione illius plane incomperta effutiissent*. Nae qui ita definire pergit, grandia effundit Apophtegmata sermonibus imperitis. Haud confugiemus certe ad Etymologias, vastissimum differendi campum, quo ea nomina in praesentia vindicemus; neque animadvertendum monebimus, minime

ea

ea duci ex Symbolico aliquo Sacerdotum Gentilium Libro, sed ex Elucubrationibus verius Poetarum, qui futurum praeconcipientes Seculum, libertate quae adhuc viget, (*) illud inde repraesentabant ex arbitrio. Non hosce tamen, sed puriores fontes consulere Herbertum oportebat, quod praestitit Cl. Pfannerus in *Systemate Theologiae Gentilis purioris*; quare Capite XXI. de Caelo agens & Inferno, comparationem eorum instituit quae Gentiles de illis attulere, cum Sacrae Scripturae Doctorumque Ecclesiae testimoniis; quibus in omnibus ignem aeque infernalem invenit, tenebras, abyssum, carcerem, ejulatum ac stridorem dentium, varietatem, diversitatem, imo

 con-

(*) *Voltaire*, *Essay sur la Poesie Epique*: Le Tasse a eu l'inadvertance de donner aux mauvais Esprits les noms de Pluton & d'Alecton, & d'avoir confondu les idées Payennes avec les idées Chrétiennes. Il est étrange que la plûpart des Poëtes modernes soient tombez dans cette faute. On diroit que nos Diables & notre Enfer Chrétien auroient quelque chose de bas & de ridicule, qui demanderoit d'être ennobli par l'idée de l'Enfer Païen; il est vrai que Pluton, Proserpine, Rhadamante, Tisiphone, sont des noms plus agréables que Belzébut & Astarot; nous rions du mot de Diable, nous respectons celui de furie. Voilà ce que c'est que d'avoir le mérite de l'antiquité; il n'y a pas jusq'à l'Enfer qui n'y gagne.

contrarietatem suppliciorum, omnem calamitatis humanae modum egredientium, aeternitatem, diversosque gradus; uti rationem aeternae vitae nostris cum Dogmatibus collatam, omnis videlicet expertem mali, praestantissimis affluentem bonis; quorum fundamentum Dei Visio, Gentilibus itidem observata celebrataque, ex qua perfecta Scientia, unde ardentissimus amor cogniti summi boni, Dei nempe, ejusque beata fruitio, & similitudo cum Angelis, imo Deo.

Ut ejusmodi tamen ad Sapientiores tantum aliquos spectaverint, non Ethnicos ad Populos, Vulgusque & Coronam, quae crassiori, ut diximus, minerva praemium praesertim futurum potuerit imaginari; haud inde inexpiabilis tamen Religionum error. Non enim opponemus Herberto Politicorum filios aut Polybium, qui vel commentationes illas, uti ajebat, Inferorum Reipublicae regendae arbitrabatur sapientissime institutas; qua enim alia, obsecro, ratione duci potuisset Populus, qui solis umbris agitur ac rerum imaginibus? Non opponemus Anglo Servatorem ipsum, in praemiis poenisque futuri Seculi explicandis ad mores alludentem atque ad consuetudines, ad Judices & Leges & nota Judaeorum Tribunalia. Tutiorem fortasse huic Quaestioni

dif-

dissolvendae monstrabit nobis semitam Diodorus Siculus, qui Libro testatur primo, Orpheum doctrinam Inferorum ex Aegypto ad Graecos transferentem, usum Aegyptiis nominibus fuisse; sive ea fuisse in descriptione Inferorum incitatum, quae circa Aegyptiorum Sepulchra agebantur. μιμεσάμενον τὰ περὶ τὰς ταφὰς τὰς κατ' Ἄιγυπτον. Inde Charontis, Oceani, & Acherusiae in Hellade voces. Non igitur Graecae originis existimanda sunt nomina, quibus usi demum sunt Graeci ac postea Romani, impiorum fortunatorumque significandis sedibus, sed vetustioris certe, atque, additamentis exceptis quibusdam ab ingenio Poetarum derivatis, nil aliud quam nomina fuisse ex analogia locorum compertarumque tunc temporis Regionum orta. Antiquum obtinet Mundus: Innumerae Graecis praecessere Gentes; innumerae fuerunt quas ignoramus Linguae; & allegoricas paucas eas esse Orientales novimus, quae reliquae utcumque sunt. Reformata fuere etiam non semel illa nomina, rebusque non commutatis, immutaverunt vocabula, & novis vetus doctrina circumlata fuit titulis, ex similitudine notiorum Regionum derivatis; sed quod impossibile fuisset prorsus, Populo persuadere dari improborum poenas, nisi quae qualesque demum essent, quisve ea-

rum

rum foret locus, aliqua ratione, & quidem pinguiori minerva explicatus; iccirco Elysii Campi, & fortunatorum Insulae, & Inferorum flumina necessario veluti inducta. Quomodo sperasset enim aut timuisset Populus, quod nulla ratione nulloque pacto animo potuisset comprehendere? magni quippe solum ingenii est revocare mentem a sensibus, & cogitationem a consuetudine abducere. Ignoravere fortasse quidem Graecorum Sacerdotes allegatam illorum nominum originem; verum num quae possibilia sibi videbantur altera ut in vita forent, docere ac dicere debebant, deinc Academicorum phrasi subdere: *Horum quodnam verum sit Deus aliquis viderit?* aut Socratis uti morituri verbis: *Sed tempus est jam hinc abire, ut moriar: Vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius, Dii immortales sciunt; hominem quidem scire arbitror neminem?* (Tullius Lib. Quaest. Tuscul. I.) Profecto ea quae, antiquatis Philosophiae ope illis Tartari Erebique & Orci opinionibus, apud Graecos primum, tandem apud Romanos evenere, evidentissime ostendunt, non prorsus, aut non in tempore patefacta veritate prodesse aliquando magis integram, ut ita loquar, umbram & imaginem imperfectam totius veritatis. Sed de his nunc satis; prosequamur institutam adver-

versus Clericum disputationem.

XLVI.

Alia videamus nempe Pentateuchi loca, quae cum Auctorem ejus, tum eum quoque, quem ipse instituebat, Populum, futurum praeconceptum habuisse Seculum facile evincunt. Genesis V. Loquens Moyses de Enocho hisce utitur verbis: ויתהלך חנוך את האלהים ואיננו לקח אתו אלהים. *Et ambulavit Henoch cum Deo & non ipse, quia tulit eum Deus*. Quae ad verba ita Munsterus: *Hic Henoch vir justus & pius vixit in summa Religione, fide, & patientia, praedicans verbo & ostendens exemplo aliam esse vitam quam haec sit. Et quantumlibet genus humanum damnatum fuit propter peccatum Adae ad mortem, tamen in hoc Sancto Viro argumentum nobis exhibetur a Deo futurae Resurrectionis & immortalitatis, quodque Deus post hanc vitam praeparaverit aliam suis Sanctis, in qua cum ipso vivant*. Grotius diversas adfert textus illius Interpretationes, quae cum allegato sensu mirifice conveniunt: *Et non apparuit quia tulit eum Deus*. Sammaritanus: *Accepit cum Angelis ejus*. Onkelos: *Non occidit eum Deus*: idest, non passus

est

est mori. Jonathan: *Sublatus fuit, & ascendit in Caelum ex mandato coram Domino*. Scriptor ad Habraeos: πίστει Ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετατέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. *Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inveniebatur, quia transtulit eum Deus*. Josephus: ἀνεχώρησε πρὸς τὸ θεῖον. *recessit ad Deum*. Idem de Enocho & Elia: ὅτι γεγόνασιν ἀφανεῖς. *factos fuisse extra conspectum*. *Translatus est in Paradisum*, ait Arabs dicto ad Hebraeos loco. Cartwrightus Chaldaici Interpretis verba adfert: וליתוהי ארי לא אמית יתיה יי. *Et non erat, quia non mori eum fecit Deus*. Non hic urgemus eorum opinionem, qui corpore & anima translatum in Paradisum Enochum arbitrantur. Satis sit accepisse eum Deum ne videret mortem peccati, ut Auctorem Epistolae ad Hebraeos interpretantur aliqui; aut ne malitia immutaret intellectum ejus, ut Auctor ait Libri Sapientiae; certum inde tamen, Scripturae emphasim in eo esse, ut in immatura Enochi morte Deum remuneratorem repraesentet, (*) quod eum nempe

(*) *Jaques Saurin, Discours Historiques, Critiques, Théologiques & moraux sur les evenemens*

pe acceperit, eo quod cum Deo ambulasset, & cum Deo viveret, vitamque sancte & ex Numinis praescripto instituisset; quod denique, ut Graeci vertunt, ei placuisset. Si nil enim reliquum hanc post vitam tunc creditum fuisset, qua ratione praemium bene actae vitae concipi potuisset festina mors; nec potius diuturnitate dierum coronare voluisse creditus fuisset Deus castos integrosque Justi illius mores?

XLVII.

---

les plus memorables du V. & du N., N. Testament. Discours VI. L'Enlevement d'Enoch: La plûpart des événemens arrivez depuis la chute de nos premiers Pères, jusqu'au période où nous sommes parvenus, avoient été comme autant de suites de l'arrêt prononcé contre leur crime. Dieu ne s'étoit montré au Genre humain que du coté de sa Justice; il étoit difficile que les Fidèles même ne fussent accablez à l'idée de tant de fleaux, & qu'ils démêlassent les promesses de la Grace & de l'immortalité a travers les obscuritez de cet Oracle: *La Semence de la femme brisera la tête du Serpent*. Ainsi la Religion ne fournissoit qu'imparfaitement celui des plus puissans motifs qu'elle nous propose pour nous attacher à Dieux, c'est la pensée qu'il est *Remunerateur* de ceux qui le craignent. Dieu voulut donner une preuve éclatante de cette vérité, & fournir en même temps à toute l'Eglise une image anticipée des victoires que le Messie remporteroit un jour sur les Ennemis de nôtre salut; ce fut l'enlevement d'Enoch .... La manière dont Moyse parle de l'assomption d'Enoch, l'a fait envisager comme une faveur accordée

XLVII.

Auctor Pentateuchi Cap. Geneseos XI. quid factum olim fuerit describit, quum in turris Babel aedificatione Superborum fastum & linguam confudit Deus. Dixerant homines: *Venite faciamus nobis Civitatem & turrim, cujus culmen pertingat ad caelum: & celebremus nomen nostrum antequam dividamur in universas terras*. Subdit vero: *Descendit autem Dominus ut videret Civitatem & turrim, quam aedificabant filii Adam, & dixit: Ecce, unus est Populus, & unum labium omnibus: coeperuntque hoc facere, nec desi-*

---

aux efforts qu'il avoit faits pour plaire à Dieu. *Enoch marcha avec Dieu, & il ne parut plus, parce que Dieu le prit*: car quoi que la mort des gens de bien les conduisse à une vie bienheureuse, & que Dieu, en abrégeant leurs jours, abrège par cela même leur misère, il est certain que dans les primiers âges du Monde une longue vie étoit, du moins pour l'ordinaire, la recompense de la vertu. Et s'il n'y a rien de particulier dant la manière dont Enoch est sorti du Monde, cet homme distingué par sa piété, n'aura vêcu que trois cens soixante & cinq années, tandis que la plûpart des Patriarches ont approché de mille. Cet argument, qui auroit peu de force dans les Siècles Evangéliques, est une présomption à l'égard des périodes qui les ont précédez, & dans les quels on voyoit communément que c'etoient les méchans seuls qui n'atteignoient que la moitié de leurs jours &c.

sistent a cogitationibus suis donec eas opere compleant. Venite igitur descendamus, & confundamus ibi linguam eorum &c. Quid obsecro innuere narratione illa, illoque dicendi modo, quid significare Populo Moyses satagebat, nisi nomen aeternum non esse Mortalibus quaerendum in terra, sed altius esse animos erigendos, caelestes nempe ad sedes, atque beatam illam ad Patriam, ubi solum vera est & numquam peritura nominis gloria? Certe in Pentateuchi Auctore alterum mihi videre videor olim Africanum in celebri illo Somnio apud Ciceronem, qui quum Nepotem intueretur suum vel de excelso & pleno stellarum illustri quodam loco, referentem tamen oculos ad terram identidem, *Sentio*, inquiebat, *te sedem etiam nunc hominum contemplari ac domum: quae si tibi parva, ut est, ita videtur; haec caelestia semper spectato, illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes? Vides habitari in terra raris & angustis in locis, & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas. Hosque qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit; sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam*

ad-

adversos flare vobis, a quibus expectare gloriam certe nullam potestis .... Ex his ipsis cultis notisque terris, num aut tuum, aut cujusquam nostrum nomen, vel Caucasum hunc quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnare? Quis in reliquis orientis aut abeuntis Solis ultimis, aut Aquilonis Austrique partibus tuum nomen audiet? Quibus amputatis cernis profecto, quantis in angustiis vestra gloria se dilatari velit .... Igitur alte spectare si voles, atque hanc sedem & aeternam domum contueri, neque sermonibus Vulgi dedens te, nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum: suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. Hoc, uti dixeram, consilio narravit, aut ego fallor, Pentateuchi Auctor Hebraeis suis, divisisse Dominum in illo loco insanos aedificatores Babel, eosque divisisse super faciem universarum Regionum.

Docebantur reapse Judaei despicere miseram hanc terram & veluti compagem, ut eam certe triumpharent, & animo in caelum raperentur, quod beatissimum locorum praedicabant: *Ecce Gentes quasi stilla situlae*, ajebat Isaias, Cap. XL, *& quasi momentum staterae reputatae sunt: ecce Insulae quasi pulvis exiguus*. Nullo certe pacto perfectam sperare poterat felicita-

citatem Populus ille in terris, ubi poene semper

Rore mero & lacrymis jejunia pavit.

Quam pulchre enim ad Deum loquens Psalmista amabili quodam affectu ajebat, Psalmo VIII. כי אראה שמיך *Tunc quum videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum, lunam & stellas, quae tu fundasti; dicam certe: quid est homo quod memor es ejus? aut filius hominis cujus tantam habes rationem*, תפקדנו, *quemque Angelica prope gloria & honore coronasti?* Videntur ista eodem certe pronunciata sensu, eodemque, ut ajunt, spiritu, quo raptus ille in caelum, qui loquens inducitur in allegato Somnio Scipionis: *Jam vero ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me Imperii nostri, quo quasi punctum ejus attigimus, poeniteret. Quam cum magis intuerer, quaeso, inquit Africanus, quousque humi defixa tua mens erit? Num ne aspicis quae in Templa veneris? &c.* Hanc veluti naturae vocem insitam animis Hebraeos quoque habuisse, sexcenta ostendunt Scriptorum Sacrorum ante Captivitatem testimonia.

P XLVIII.

XLVIII.

Ait Clericus a Platone dictum apertissime fuisse de futura Vita, Concedam libentissime; quum ea prostent Libro de Legibus X. Ταύτης τῆς δίκης οὔτε σὺ μή ποτε οὔτε εἰ ἄλλος ἀτυχὴς γενόμενος ἐπεύξηται περιγενέσθαι θεῶν, ἣν πασῶν δικῶν διαφερόντως ἔταξάν τε οἱ τάξαντες, χρεών τε ἐξευλαβεῖσθαι τὸ παράπαν &c. *Quare nec tu, nec ullus alius optet confidatque se adeo felicem fore, ut Judicium hoc Deorum effugiat atque exuperet. Nam qui hoc sanxerunt, firmius, quam cetera omnia, stabilierunt, ut cavendum omnino sit. Numquam enim ab illo negligeris, nec si ita parvus sis, ut in terrae profundum ingrediaris, nec si adeo sublimis fias, ut pennis elatus in caelum voles: sed convenientia supplicia dabis, sive hic manens, sive ad Inferos provectus, sive ad remotiorem aliquem inaccessibilemque locum translatus.* Verum, rogo, cur non item Hebraeos futuram, & quidem apertissime, credidisse vitam ex verbis eruemus similibusque prope, aut iisdem Psalmi CXXXVIII. *Quo ibo a Spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in Caelum, tu illic es: si descendero in Infernum, ades; si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris;* etenim, ex Hebraeo verius, *etiam illuc manus tua deducet me, & tenebit me*

dex-

גַּם־שָׁם יָדְךָ תַנְחֵנִי *dextera tua?* וְתֹאחֲזֵנִי יְמִינֶךָ. Num locus iste Psalmi Platonico obscurior?

Ita celebratur undique Plotinus, qui Visionem Dei meliori vitae reservatam docens, caussam, cur animus non semper in aspectu Dei, quo & hic certo modo quandoque fruitur, defixus maneat, hanc reddit Ennead. VI. Ἢ ὅτι μήπω ἐξελήλυθεν ὅλως. *Quoniam nondum hinc emigravit omnino.* Didicerat id ille a Praeceptore suo Platone, qui, teste Justino Martyre, in Dialogo cum Tryphone, in Phaedone docuerat & Phaedro, *hominis animam quamdiu in corpore est, mente solum posse Deum consequi; sed quum corpore soluta est, ac secum ipsa versatur, fieri tunc eam omnino & in omne aevum rei adamatae compotem.* Καὶ ἕως μὲν ἐστὶν ἐν ἀνθρώπου εἴδει, δυνατὸν αὐτῇ, φημί, ἐγγενέσθαι διὰ τοῦ νοῦ μάλιστα δὲ ἀπολυθεῖσα τοῦ σώματος, καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν γενομένη, τυγχάνειν οὗ ἤρα πάντα τὸν χρόνον πάντως. Ast cur eandem apud Judaeos obtinuisse doctrinam simillimus non evincet Moysis locus?

Minis Dei in Populum sedatis luget Populus delictum, loquiturque cum Propheta Jehova ipse familiarissime & absque nuncio. Praesentia tunc Numinis & sua actus felici-

tate Moyses, petiit videre gloriam Dei, verius ipsam Jehovae praesentiam, cui ita responsum legimus Exodi XXXIII juxta Vulgatum Interpretem: *Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te: & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumque ait: Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & vivet.* His, inquam, in verbis apertissime enunciatum arbitramur, hominem hac in vita mortali Deum quidem videre non posse; visurum illum tamen, sive futurum tamen ut his exuta natura humana mortalibus exuviis ac spoliis Deum tandem suum facie ad faciem valeat contemplari. Postrema nempe commatis allegati verba כי לא יראני האדם וחי, ita reddenda remur: *Non enim videbit me homo quia vivit*; sive, *tum quum vivit*; aut melius, *donec vivat*. *Non videbit me homo toto tempore, quo hae in terra vivit*. Munsterus hanc hujusce textus reddidit Paraphrasim: *Nulli hominum licebit in hoc corporali Seculo essentiam Majestatis Divinae sensibiliter & perfecte cognoscere. Futurum est aliud Seculum in quo ab hominibus cognoscetur. In hoc corporali Seculo cognoscimus illum tantum ex parte, &*

per

per speculum in aenigmate. Sufficit nobis hic cognoscere voluntatem ejus, in futuro vero Seculo cognoscemus Essentiam ejus, intuebimurque facie ad faciem. Ita & Fagius: *Non videbit me homo & vivet, Hebraismus est,* pro, *Nemo vivens videbit me; non videbit, non assequetur Divinitatem meam quisquam, quandiu vivet. Nemo homo vivens hanc vitam temporariam & caducam poterit assequi meam essentiam, quid sim ego.* Reapse idonea haec videtur in loco vocis וחי & verissima potestas. Quis Hebraizantium ignorat enim ו non semper conversivum esse, futurumque inferre, verum, & saepissime quidem, *si, aut, interea, quamvis, quia, quoniam, itaque, tum quum, statimac, usquedum, quando, eo modo quo, neque, ut,* pro locorum exigentia denotare? Si ו esse semper conversivum debeat, Melchisedeko Regi (quod aliquibus male placuit) Sacerdotium auferemus; ait quippe Sacer Textus Geneseos XIV. 18. *At vero Melchisedech Rex Salem, proferens panem & vinum,* והוא *erat enim Sacerdos Dei Altissimi;* sive, *quippe qui Sacerdos erat Dei Altissimi;* non, *& erit* ex potestate pervia ו conver-

 sivi:

sivi : Ad rem facit nostram illud Geneseos XX. 3. *Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi : en morieris propter mulierem quam tulisti*, והוא בעלת בעל *habet enim Virum* ; quibus simillima sunt apud Isaiam Cap. XXXIX. 1. *Misit Merodach Baladan, filius Baladan Rex Babylonis, Libros & munera ad Ezechiam* וישמע כי חלה ויחזק, *audierat enim quod aegrotasset & convaluisset*. Jeremiae III. 3. legit Vulgatus : *Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti*. תעשי הרעות תוכל ; nempe, *fecisti mala donec potuisti* ; vel, *quoadusque potuisti*. Psalmo denique VII. 10. *Consumetur nequitia peccatorum & diriges Justum : scrutans corda & renes Deus*. ובחן לבות. Apertissimum est ו hoc in loco *quia* significare ; quare vera sit interpretatio : *Consumetur nequitia peccatorum & diriges Justum, quia tu corda scrutaris & renes Deus* ; id scilicet confirmat in praeclarissimo suo Commentario Eusebius ad hunc locum scribens : Συν- τελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν καὶ κατευθυνεῖς

δί-

δίκαιον, ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ θεός· ἐπισημονικὸν κ᾽ μέγα τὸ πέρας αἰσθᾶσθαι γενέσθαι κακίας, κυβερνῆσιν δὲ τῷ δικαίῳ πρὸς τὸ μηκέτι χειμάζεσθαι. περὶ δικαιοκρισίας εἰπὼν τοῦ θεοῦ μόνον ὁρῶντα καρδίας· αὐτὸς γὰρ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ ἔργα αὐτοῦ &c. *Consumetur nequitia peccatorum & diriges Justum : scrutans corda & renes Deus. Scitum magnumque est postulare ut finis sit malitiae ; utque Justus ita dirigatur , ut numquam ultra fluctuet . Cum autem de Tribunali Dei loquitur , solum eum esse justum Judicem pronunciat , utpote qui solus corda videat . Ipse namque reddit unicuique juxta opera sua . Homo quippe videt in facie ; ipse vero Judex cogitationum est & animi & sensuum : nullum Judicium occultum ipsi est . Cum talem esse Deum declarasset , confidens & conscientia sua securus dixit :* Adjutorium meum a Domino qui salvos facit rectos corde ; *Bona enim sperat ab eo , qui scrutatur corda & renes , quod nihil tortuosum in corde habeat.*

Quum igitur hujusmodi sit potestas] in loco allegato , inque Scripturarum Dialecto solemne sit verbis designare non actionem tantum aut passionem , quam proprie significant ; sed effectum etiam qui consequi eam soleat , per enallagen , usitatissimum Hebraismum , verba illa Numinis pronunciata

 ac-

arbitramur ; adeo quidem ut nativus verusque totius Orationis sensus sit: *Ego quidem, o Moyses, apparebo tibi, Populoque etiam universo per praesentiam gloriae meae Majestaticam ; & ubi invocatum erit nomen meum adero specialiter praesens per Angelicum meum Satellitium. Ceterum faciem meam, inconspicuam per se, nullus hominum videbit umquam, dum vitales hasce spirabit auras ; hanc enim felicitatem reservatam iis jubeo, qui clementiae & misericordiae meae effectus altera in vita consequentur ; nunc me videre tantum poteris per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*. Hanc ex Patriarchis ad Prophetas derivatam revera fuisse doctrinam ostendit spes illa Davidis, qua actus Psalmo XVI. dicebat : *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua* ; & clarius in fonte, אשבעה בהקיץ תמונתך, *satiabor quum evigilavero, aspectu vultus tui* ; quae quidem verba ita in Commentario enarrat egregie Eusebius : ἐκεῖνοι μὲν τοιαύτας δώσουσι δίκας· ἐγὼ δὲ τοῖς παρὰ τῆς δικαίας προνοίας ἀγαθοῖς ἐντρυφήσω, πεῖραν μεγίστην τῆς σῆς εὐεργεσίας δεξάμενος· ἐγὼ δὲ τῇ προσελθείσῃ μοι δικαιοσύνῃ τε καὶ ἀρετῇ θαῤῥῶν πεπαῤῥησιασμένως ὀφθήσομαι τῷ προ-

προσώπῳ σου· &c. *Illi quidem hujusmodi poenas dabunt. Ego autem paratis a justa providentia tua fruar bonis, maximumque beneficentiae tuae sumam experimentum. Ego sane justitiae atque virtuti, cujus auctor mihi fuisti confisus, tuta conscientia apparebo conspectui tuo. Hac in spe versor: haec mihi magna haereditas, qua replebor, & ad satietatem usque omni voluptate fruar, cum in Regno Caelorum apparuerit gloria tua.*

XLIX.

Qui nulla sat idonea in Scripturis exstare testimonia contenderet, quibus nempe dignosci posset, Hebraeos a Theocratia condita futurum compertum habuisse Seculum, is oculos luci claudere profecto velle videretur. Quid illis clarius Psalmi XXVI. *Credo videre bona Domini in terra viventium?* בארץ חיים ; illisque Psalmi CXVI. *Placebo Domino in Regione viventium?* quae expressiora in fonte sunt;

אתהלך לפני יהוה בארצות החיים. *Fiet, ut veniam ante faciem tuam in Regionibus viventium*. Hoc nomine Beati donabantur, uti adparet etiam in adprecatione illa Abigailis pro salute

Da-

Davidis : *Et sit anima Domini mei ligata* בצרור החיים *in fasciculo viventium coram Domino Deo suo*. Samuel. I. 25. Nam, ut optime in celebri illo Somnio ajebat apud Tullium Scipio : *Imo vero ii vivunt, qui e corporum vinculis, tamquam e carcere evolaverunt. Vestra vero, quae dicitur vita, mors est*. Quanam de caussa scripsit Propheta Psalmo LXI. *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere : Divitiae si affluant, nolite cor apponere?* quanam, inquam, de caussa, nisi quod, caelestia respicienti sordent terrena ejusmodi : *Inane est enim*, ut ajebat S. Maximus, Homilia diei Cinerum, *Inane est & vanum quidquid nullius ponderis aut virtutis firmitate consistit : inane est, quod cum Seculo praetereunte deficiens, ad vitam non transit aeternam*. Statim igitur opportune subjiciebat Auctor Psalmi : *Semel locutus est Deus, duo haec audivi : quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia : quia tu reddes unicuique juxta opera sua*. Qualem autem Abrahami, Jacobi, Isaaci, veterumque opinionem Patriarcharum habuissent, qui vivebant Regum tempore Hebraei, si ejusmodi acti spe Patriarchae illi non fuissent, neque se futuros sperassent demum post fata in conspectu Domini superstites ? Mi-

Mirum igitur quod vel in Pſalmis nil altero de Seculo memoratum contendat Adverſarius, quum vix aliud efferre ac celebrare, vix aliud continere iidem videantur; quare & Euſebius, Commentario in Pſalmum I. *Notandum eſt*, inquiebat, *primum Davidem Reſurrectionem, & futurum poſt Reſurrectionem Judicium, nec non futurae vitae promiſſionem aperte docuiſſe: Moyſes quippe nihil hujuſmodi uſpiam tradidit*. σημείωσαι δὲ ὅτι πρῶτος Δαυὶδ καὶ ἀνάστασιν, καὶ κρίσιν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐσομένην, καὶ ἐπαγγελίαν ζωῆς μελλούσης σαφῶς, ἐδίδαξεν, Μωϋσέως μηδὲν τοιοῦτον παραδεδωκότος. Olent iſta quidem Commentatoris ſtilum, nullibi quae pulchra ſunt niſi in Auctore ſuo detegere valentis. Sed ut fuerit in eadem Euſebius cum Clerico ſententia relate ad Moyſis Scripta, illi adverſatur adhuc (quod contendimus in praeſentia) de Pſalmis ubi loquitur, qui certe pene omnes ante Captivitatis tempora conſcripti, eam Epocham praecedunt, cui futuri notitiam Seculi Hebraicum apud Populum aſſerit Batavus Profeſſor. Interim objiciendus non erat Aſaphi Pſalmus, quum in ceteris res ſatis patere videatur; neque, ex quo quis Divinam cum malis Bonitatem componere haud valeret, idoneum argumentum eſſet, hominem ejuſmodi de animis

im-

immortalitate, aut de futuro dubitare Seculo. Hoc enim quamvis praeconcepto enervatum, ut ita loquar, videatur, communi pene sententia, desumtum ex infelicitate proborum atque impiorum diebus prosperis Objectum; non aeque tamen apud molestos quosdam Disputatores, acuta profanaque nimium acie, arcana hujusmodi rimari satagentes: quae adhuc in occulto latent, nisi ad sacram demum confugiamus anchoram, nempe Christianorum ad Theologiam. Itaque & Cotta ille Academicus apud Tullium, Balbo impiorum supplicia urgenti, quo Divinam Providentiam vindicaret, ita regerebat: *Cur enim Marius tam feliciter, septimum Consul, domi suae senex mortuus? cur omnium crudelissimus tam diu Cinna regnavit? At dedit poenas. Prohiberi melius fuit impedirique, ne tot summos Viros interficeret, quam ipsum aliquando poenas dare. Summo cruciatu supplicioque Q. Varius homo importunissimus, periit: si, quia Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat: illos conservari melius fuit, quam poenas sceleris Varium pendere, &c.* (Libro de Natura Deorum III.) Quam pessimam disputandi rationem aetate nostra Baelius audacissimus sequutus; aliquorum modo scilicet ratione habita Dei attributorum, consequutus non semel est, haud perem-

remptorium esse perfectionibus divinis hacce in Oeconomia vindicandis desumtum futuro ex Seculo argumentum. Quid mirum igitur, Asaphum, sibi veluti relictum, & humano solum ratiocinio fretum (ita enim *ad hominem* cum Clerico disputare licet) quamvis sibi cognitam praeteriisse futuram vitam, neque eam idoneam Providentiae hisce in rerum vicibus asserendae fuisse arbitratum?

Haud ita tamen se res habuit, sive mentem Asaphi respicias, sive testimonium. *Primus hic Asaphi Psalmus*, ait Eusebius in ejus Commentario, *Prophetam inducit ingenti admiratione captum, de longanimitate optimi Dei, deque ejus erga impios tolerantia, itemque de venia peccantibus concessa. Qua de re obstupescens, se se, ut pusillanimem ac pene commotum, atque animae gressu eversum coarguit; quod Impiorum & Atheorum hominum res prospere cedere, videret. Ceterum, postquam in principio rem aegre ferre visus fuerat, in sequentibus infaustum eorum exitum vaticinatur.* εἰσάγει δὲ ὁ μετὰ χεῖρας ψαλμὸς ὢν τοῦ Ἀσάφ, τὸν προφήτην ὑπερθαυμάζοντα τὸ μακρόθυμον τοῦ παναγάθου θεοῦ, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀσεβέσιν ἀνεξικακίαν αὐτοῦ, τήν τε ἐνδιδομένην συγχώρησιν τοῖς ἁμαρτάνουσιν· ἣν ὑπερεκπληττόμενος ἑαυτοῦ κατηγορεῖ ὡς ὀλιγοψυχήσαντος καὶ μικροῦ δεῖν σαλευθέντος,

καὶ

Post enarratam reapse Justorum infelicita-
tem, atque prosperitatem Impiorum, alte-
rum ad Seculum futuramque hocce, eodem
in Psalmo confugit Propheta ad vitam, quo
Oeconomiam rerum illam cum Justitia ac
sanctitate Numinis componat. Ut enim
Enarratores in praesens praetereamus om-
nes, quid aliud illa sibi volunt apertissima:
Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est
ante me: Donec intrem in Sanctuarium Dei,
& intelligam in novissimis eorum. Velut
somnium Surgentium, Domine, in Civitate
tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges?
Nempe, ex vera emphasi Hebraicae veri-
tatis: *Existimabam utique, Domine, me*
arcana consilii tui posse penetrare. Verum
inexsuperabilem esse mihi demum novi ejus-
modi laborem. Haud potui certe, mi Deus,
usquedum animum non subirent ea, quae Im-
pios mandent אבינה לאחריתם, *at-*
que supplicia, quae a tergo eos denique se-
quentur. Non enim evanescet modo felicitas
eorum, ceu expergiscenti somnium; verum
& in coelesti tua, in qua regnas Civitate,
ipsam eorum efficies execrabilem praesentiam.

הבזה צלמם Imaginem appellat Pro-
pheta partem hominis altero in Seculo su-
per-

perstitem ; Veterum profecto phrasi :

Et nunc magna mei sub terras ibit Imago.

Aut si hisce in terris mala impii experiebantur omnia, quae in Psalmo Asaphus utique describit, quid opus inde Vati futurum ut ad Seculum confugeret; quare ipsius ex silentio, ceu in loco in quo de Inferis tacendum non fuisset, magna pergit Clericus struere argumenta?

L.

Reliquum unum est, ut speciosiori Adversarii argumento faciamus satis, qui animadvertit Moysen Capite Deuteronomii XXVIII. exequutionem Divinae Legis quantum poterat urgentem, infinitas prope spopondisse parituris benedictiones: totidem Obsoribus vero Praeceptorum maledictiones; futurae tamen vitae bonis atque malis silentio pressis atque praetermissis. Videtur ergo nobis ita argumentari posse Clerici Sectator: Graeci Sapientes qui Respublicas ordinarunt, nil aeque patrocinaturum Justitiae arbitrati sunt, quam si docerent, fructus ejus nullo modo cum vita hominis terminari. Moyses ex opposito bonis tantum atque malis hujusce Seculi propositis suam constituit Rempublicam. Cur id vero? Non alia profecto de caussa, nisi ex ignota tunc temporis apud Hebraeos futura vita, certis-

risque cum praemiis tum suppliciis, quae Mortales manere serior demum tradidit Posteritas.

Negari in primis fortasse posset hujusmodi silentium in objecto Capite Deuteronomii, quod non disjungendum ab iis quae sequuntur; prosequitur quippe in eisdem Moyses orationem suam; & ita inquit in fine Capitis XXX. ולדבקה בו כי הוא ח״יך נארך ימיך, in quibus spem innuit scilicet, praemiumque spondet immortalis vitae; ut enim animadvertit celeberrimus Johannes Coccejus, in *Considerationibus ad ultima Mosis*, Orationis ejus Epilogum enarrans, ubi ait tradita praecepta esse *Vitam* Judaeorum Cap. XXXII. Observ. III. *Moses vitam simpliciter dicens, non potest intelligere vitam quandam, sed omnem, quae omnem mortem excludat; & vero μακροβιότητα in terra, a Vita simpliciter dicta distinguit.* Verum ut objectum praeconcipiatur etiam illo in Capite silentium, fidei Hebraeorum tamen certitudinem evertere non potest.

Vetustissima, ut norunt omnes, Quaestio haec est, an videlicet Lex vetus inducere perrexerit homines ad obedientiam praeceptorum per temporales promissiones &

& comminationes tantum ; an vero per futuras etiam & aeternas ? Quod alterum illud cogitarent Manichaei , in caussa erat , cur Vetus rejicerent Testamentum , Augustino teste Lib. IV. contra Faustum , cujus haec sunt verba : *Faustus dixit : Accipis Testamentum vetus ? Si est mihi in eo haereditas , accipio ; si non est , non accipio ; improbitas enim haec quidem nimia est , usurpare tabulas , quae testentur exhaeredatum . An ignoras Testamentum vetus Chananaeorum terram repromittere ; sed eam tamen Judaeis , idest circumcisis & sacrificantibus , & abstinentibus a porcina , ac reliquis carnibus , quas immundas Moyses appellat ; Sabbata observantibus & Azimorum solemnitatem , ac reliqua hujusmodi , quae ejus ipse testator eis observanda mandavit ? Quae quia Christianorum placuere nemini ; neque enim quisquam nostrorum ea custodit , dignum est ut cum refusa haereditate reddamus & tabulas . Haec ergo prima causa est , cur ego Testamentum Vetus abjiciendum puto . Secunda vero causa est , quia tam etiam misera ejus & corporalis ac longe ab animae commodis haereditas est , ut post beatam illam Novi Testamenti pollicitationem , quae caelorum mihi regnum & vitam repromittit , etiam si gratis eam mihi testator suus ingereret , fastidissem .* Augu-

 stinus

stinus qui totus in excellentia Novi Testamenti celebranda erat, & totus erat in ratiociniis, Haeretico respondet, temporalium quidem promissiones rerum ad Vetus spectasse Testamentum; aeternae vero promissionem Vitae in Recentiore contineri; quin inde rejicienda Lex vetus foret, quae spiritualia aeternaque bona in figuris saltem spondere videretur. Quamvis subdat dein S. Pater: *Ne quis existimet in solis Novi Testamenti Libris bona temporalia esse contempta, audiat Prophetam abjicientem talem felicitatem, & ad unum Dominum Deum esse confugiendum, cantantem; sic enim dicit*: De gladio maligno erue me, & exime me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem; & dextera eorum dextera iniquitatis; quorum filii sicut novellae plantationes in juventute sua: filiae eorum compositae, & ornatae sicut similitudo Templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves eorum foetosae, abundantes in gressibus suis: boves eorum crassae. Non est ruina neque maceriae, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt Populum cui haec sunt: beatus Populus, cujus Dominus Deus ejus. *Attendant ergo quomodo irrideatur ista felicitas in hominibus impiis, & tota beatitudo in Deo solo inconcussa figatur.*

tur. *Illi enim dicunt*, *beatum populum cui haec sunt*; *sed potius*, *inquit Propheta*, *Beatus ille populus*, *cujus Dominus Deus ipsius*. Haec Hipponensis Praesul.

Doctrinam Augustini sequutus est D. Thomas, Prima II Partis Quaestione XCIX. Art. VI, esto Quaestionis CVII. quae sequitur Art. I, ubi definit Legem novam aliam non esse a Lege veteri; quod utriusque unus sit Deus, unusque finis, benigne tunc Praeceptorem interpretari pergat suum, statuens fuisse aliquos *in statu Veteris Testamenti habentes caritatem & gratiam Spiritus Sancti*, *qui principaliter expectabant promissiones spirituales & aeternas*, *& secundum hoc pertinebant ad Legem Novam.* Sancti Praeceptoris tamen mentem interpretati ejus Sectatores, veritati accedere non contenti, eam attigere. Siquidem cum aperta nimium sint Novi Testamenti in rem nostram testimonia, Bartholomaeus Medina suo in Quaestionem illam Commentario ita scripsit: *Ex hoc vero non inferat aliquis*, *non fuisse in Testamento Veteri promissionem vitae aeternae*, *& bonorum Spiritualium*: *est enim maximus error*, *& qui maxime adversatur nostrae fidei*. Quibus, post in medium producta plura Scripturarum testimonia, subjicit: *Sed notandum*, *quod aliud est dicere*, *vitam aeternam & bona spiri-*

tualia esse promissa observatoribus Legis Mosaicae, propter ejus observationem; & aliud est dicere, viventibus in Lege Mosaica, ex spiritu fidei & amore in Christum, esse promissam vitam aeternam. Primum enim est Haereticorum dogma. Secundum est dogma fidei. Latiorem idoneae tamen interpretationis campum tribuit alter nobilis Thomista, Gregorius nempe Martinez in eundem locum, ubi scribit: *Dicitur praemium Veteris Legis aliquid temporale, non quia etiam aeternum non promitteretur, sed quia promissio temporalium erat frequentior; in Novo autem Testamento fere numquam temporalia promittuntur, sed in futurum semper praemium reservatur, & suadetur in temporalibus non esse quaerendum. Aut dicitur, quod quum in illo statu beatitudo non consequeretur, sed in Lege Nova janius Caelestibus per Christum apertis, ideo dicitur praemium aeternum non pertinere ad illam Legem, sed ad Novam; non quia in illa non cognosceretur & promitteretur; sed quia in illa non dabatur, sed reservabatur dandum in Lege Nova per Christum. Aut dicitur, quod praemium aeternum & spirituale non dabatur nec promittebatur in illa Lege, ex vi Legis stricte sumptae, ut importat Judicialia & caeremonialia superaddita ad praecepta fidei, spei, & caritatis,*

&

& alia supernaturalia ; sed si praemium aeternum in illa Lege erat promissum , hoc erat ratione fidei , & aliorum praeceptorum supernaturalium . . . . D. Thomas autem loquitur de illa Lege stricte sumpta &c. Habes Scholasticos ipsos se se a Systematis difficultatibus felicissime explicatos . Ut frequentissima igitur bonorum promissio spiritualium & rarissima temporalium bonorum promissio in praesenti Oeconomia argumento non est , ea speranda solum , secus vero ista : ita frequentissima bonorum temporalium , rarissima spiritualium in Veteris Oeconomia Legis promissio , animum inducere non debet , ut sibi persuadeat , nullam tunc habitam alterius vitae , futurique Seculi , praemiorum denique Caelestium rationem .

Jam enunciatae vero doctrinae Moysis promissionibus minisque cum futuri cognitione Seculi probe componendis lucem praestant . Caeremonialia praesertim atque Judicialia praecepta repetierat tunc Moyses; *si autem* , inquit , *audieris vocem Domini Dei tui , ut facias atque custodias mandata ejus , quae ego praecipio tibi hodie , faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis Gentibus , quae versantur in terra ; venientque super te universae benedictiones istae &c.* quae scilicet idoneum erant obedientiae caeremonialem erga & Judicialem Legem

praemium. Civilem tunc magis quam divinum Legumlatorem agebat Moyses, Deumque in futura mox Theocratia terrenum pene Judaeorum Regem magis, quam caelestem Remuneratorem ostentabat. Temporalis itaque Populi felicitas in exequutione Legum erat promittenda; ut enim optime scribebat Tullius Libro de Legibus secundo: *Constat profecto ad salutem Civium Civitatumque incolumitatem, vitamque hominum quietam & beatam, inventas esse leges: eosque, qui primum ejusmodi scita sanxerint, populis ostendisse, ea se scripturos atque laturos, quibus illi adscitis susceptisque honeste beateque viverent.* Hic reipsa proximus humanarum Legum finis, hic memorandus, hic parituris proponendus; quocum optime tamen coeunt universaliora quae nos appellamus principia atque praeconcepta, inter quae futuri timor atque expectatio Seculi; quare & Tullius ipse, qui beatam Civium vitam finem Legum facit, & Legumlatores eam Populis, ceu obedientiae praemium, proponere debuisse docuit, altiores adhuc tamen veritates Civibus praeconcipiendas esse postulat, ita Libro Legum allegato scribens: *Sit igitur hoc a principio persuasum Civibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores Deos, eaque quae gerantur, eorum geri vi,*

di-

ditione, ac Numine, eosdemque optime de genere hominum mereri, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat Religiones, intueri: piorumque & impiorum habere rationem. His enim rebus imbutae mentes haud sane abhorrebunt ab utili, & a vera sententia . . . . . Utiles esse autem opiniones has, quis neget, cum intelligat, quam multa firmentur jurejurando, quantae salutis sint foederum Religiones? quam multos divini supplicii metus a scelere revocarit? quamque sancta sit societas Civium inter ipsos, Diis immortalibus interpositis tum Judicibus, tum testibus? Habes Legis prooemium: sic enim hoc appellat Plato. Et apertius demum eodem Libro: *Mihi cum multa eximia divinaque videntur Athenae tuae peperisse, atque in vitam hominum intulisse, tum nihil melius illis Mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus, initiaque, ut appellantur, ita revera principia vitae cognovimus. Neque solum laetitia vivendi rationem accepimus; sed etiam cum spe meliori moriendi.* Eam vero spem quam animis ingerebant mysteria Atheniensium, quare obsecro Judaeis ingerere non potuerunt caeremoniales illae Leges, quarum exequutionem Moyses moriturus urgebat? Satis, aut ego fallor,

hujusmodi esse viderentur silentio Moysis, in Repetitione illa Legis, cum Hebraeorum fide de futura Vita componendo.

Re tamen intimius perpensa, altiori ab origine ratio loquendi agendique Moysis in loco repetenda. Egit tunc Hebraeorum Legumlator, egit, inquam, in Repetitione illa Legis, afflatum divino Numine Prophetam: ea iccirco solum spondere minarique voluit, quae hacce experiri in vita Judaei denique deberent, quo divinam esse Legem, quam tradiderat, perpetuo cognoscerent; ut enim ait D. Thomas citatae Partis Quaestione XCIX. Art. VI. *sicut patet Historias Veteris Testamenti revolventi, communis status Populi semper sub Lege in prosperitate fuit, quandiu Legem observabant, & statim declinantes a praeceptis Legis divinae in multas adversitates incidebant.* Ostendunt id verba ipsius Moysis benedictiones inter illas & maledictiones pronunciata: והיו בך לאות ולמופת ובזרעך עד עולם. *Et erunt tibi in signum & portentum, atque in semine tuo in sempiternum.* Plagae nempe istae, quum evenerint, erunt tibi in signum, te in iram provocasse Deum, suamque vere transgressum te fuisse Legem; erunt in signum tibi di-

divinitatis ejusdem Legis. Et apertissime initio Capitis XXX. quod, uti dicebam, non separandum ab iis quae antecedunt, quum eadem sit Oratio, recensque hujusmodi distinctio officere sensui non debeat:

והיה כי יבאו עליך כל הדברים האלה הברכה והקללה אשר נתתי לפניך השבת אל לבבך׃

Cum itaque venerint super te omnia verba ista, benedictio & maledictio, quae ego pono ante faciem tuam, redibis ad cor tuum... & converteris ad Dominum Deum tuum &c. Mala reapse illa, quae peccaturo minabatur Populo Propheta, conceptissimis, iisdemque verbis evenisse inde doluerunt Baruch, Malachias, Michaeas, Aggaeus, Jeremias, denique Josephus, ut ostendunt Exegetici, Grotius prae reliquis in Commentario ad comminationes illas, atque promissiones. Sic, exempli loco, ita comminatus est Moyses commate 57. *comedent enim eos* (filios) *clam propter rerum omnium penuriam, in obsidione & vastitate, qua opprimet te Inimicus tuus intra omnes portas tuas.* Comminationis complementum in Threnis legimus IV. 10. *Manus Mulie-*

rum

rum misericordium coxerunt filios suos : facti sunt cibus earum , in contritione filiae Populi sui . Similia apud Flavium legimus evenisse in Obsidione Hierosolymitana . Sic & illud minatus est Moyses commate 68. *Reducet te Dominus classibus in Aegyptum &c.* quae sub Alexandri Successoribus complementum habuisse suum ostendit Hacataeus : Οὐκ ὀλίγαι δὲ (μυριάδες Ἰουδαίων) καὶ κατὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον εἰς Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην μετέστησαν διὰ τὴν ἐν Συρίᾳ στάσιν. *Non pauca* , inquit , *Judaeorum millia post Alexandri mortem in Aegyptum & Phoenicen immigrarunt , ob ortas in Syria seditiones* ; cujus meminere rei & Philo in Flaccum , & Flavius non semel in Antiquitatum Judaicarum Libris . Quare Minucius Felix in Octavio : *Nam & Judaei Deum nostrum quandiu caste , innoxie , religioseque coluerunt , quandiu praeceptis salubribus obtemperaverunt , de paucis innumeri facti , de egentibus divites , de servientibus Reges ; modici multos , inermes armatos dum fugiunt insequentes , Dei jussu , & elementis adnitentibus obruerunt . Scripta eorum relege , vel si Romanis magis gaudes , ut transeamus veteres Flavii Josephi , vel Antonini Juliani , de Judaeis require ; jam scies nequitia sua hanc eos meruisse fortunam : nec quid-*

quam

quam accidisse, quod non sit his, si in contumacia perseveraverint, ante praedictam. Adeo imo omnia, uti vaticinatus tunc fuit Moyses, evenerunt, ut inde eruerent Hebraei certas esse certis poenas atque proprias: famem ex siccitate, ob decimas non aequaliter persolutas, & falsa testimonia: famem ex tumultu, ubi saturi decimas non solvunt: pestilentiam, ubi non interficiuntur qui debent, aut negliguntur pauperes: malas bestias ob perjuria & blasphemias: exsilium & captivitatem ob idololatriam, Venerem illicitam, effusionem injustam sanguinis, violationem anni Sabbatici. Ejusmodi vaticinia igitur prolaturus Moyses non omnia quae aut sperare aut pavere Judaeos oportebat, spondere aut minari debebat ipse, verum ea potius quae eos experiri demum atque oculis videre suis necessum erat, quo revelatae veritatem Legis ejusque divinitatem fateri cogerentur; quare perperam ex silentio futurae vitae in illo Deuteronomii loco, inque illa Moysis Prophetia, colligit Amstelaedamensis Professor, nullam tunc temporis apud Judaeos exstitisse futuri Seculi cognitionem. Haud ignoramus sane, plura ex relatis hocce in Commentario, ab aliis fuisse animadversa; nonnulla verisimilia

tan-

tantum esse, & ad conjectationis naturam veluti accedere. Verum novane & inaudita sunt, suntne demonstrativa receptae opinioni evertendae, suntne fortasse peremptoria Socinianorum argumenta?

F I N I S.

Hucusque edita Auctoris Opera.

Josephi Aegypti olim Proregis, Religio, a criminationibus Basnagii vindicata. *Neapoli*, 1737. *Venetiis Tomo XXIII. Collect. Calog.* 1742. *Brixiae emendat. & auct.* 1747.

De Inopia Veterum Monumentorum pro Copia Martyrum dignoscenda adversus Doduvellum Dissertatio. *Mediolani*, 1740.

De Traditione Principiorum Legis Naturalis ad Carolum Polinum S. Martini Abbatem Libri III. *Mediolani*, 1742.

De Diis multarum Gentium Romam evocatis Liber singularis. *Brixiae*, 1743.

De Martyribus sine Sanguine altera adversus Doduvellum Dissertatio. *Mediolani*, 1744.

De

De Forensi Judaeorum Buccina Commentarius. *Brixiae*, 1745.

Herodiani Infanticidii Vindiciae. *Brixiae*, 1746.

De Loco Johannis, aliter atque habet Vulgata a nonnullis Patribus lecto, Dissertatio. *Brixiae*, 1746.

De Authenticis Sacrarum Scripturarum apud SS. Patres Lectionibus, Libri II. *Veronae*, 1747.

Epistola ad Eminentissimum Cardinalem Quirinum de Diptycho Quiriniano. *Venetiis Tomo XL. Collect. Caloger.* 1748.

De Futuro Seculo ab Hebraeis ante Captivitatem cognito adversus Clericum Commentarius. *Mediolani*, 1748.